¶ Sed hoc est manifeste ꝯ id qđ Aristoteles hic dicit (⁊ qđ hẽt in se cãm essendi visibile.) Unde ꝭm sniaz Aristo. dđm est ꝙ lumẽ necessariũ est ad vidẽdũ nõ ex parte coloris: eo ꝙ faciat colores esse actu: quos quidã tñ dicunt esse in potẽtia cũ sũt in tenebris: sed ex parte diaphani iquãtum facit ipsum esse in actu: vt in littera dicit᷑.

Determinatio veritatis.

¶ Et ad eius euidentiã cõsiderandũ est ꝙ ois forma inquantuz huiꝰ est ꝑncipiũ agẽdi sibi simile. vnde cũ color sit q̃daz forma: ex se hẽt ꝙ causet sui siĺitudinem in medio. Sed tamẽ sciendũ est ꝙ dr̃ia est inter virtutẽ perfectã ⁊ imperfectã. Nam forma que est perfecte virtutis in agẽdo nõ solũ põt inducere suaz siĺitudinez in suo susceptibili: sed põt etiã disponere patiens vt sit propriuz eius susceptiuũ: qđ quidẽ nõ põt facere cũ fuerit imperfecte virtutis. Dicẽdũ est igit᷑ ꝙ virtus coloris in agẽdo est imperfecta respectu virtutis luminis. naz color nihil aliud est q̃ȝ lux quedã quodãmodo obscurata ex admixtione corporis opaci. Unde non hẽt virtutẽ vt faciat medium in illa dispõne qua sit susceptiuũ coloris: qđ tñ põt facere lux pura. Ex quo etiã patet ꝙ cũ lux sit quodãmodo substantia coloris: ad eãdẽ nãm reducit᷑ omne visibile: nec opz ꝙ color per lumẽ extrinsecũ fiat actu visibile. Qꝫ ãt colores illuminati vident᷑ ab eo qui est in obscuro cõtingit ex eo ꝙ etiam medium illuminatur: inquãtum sufficit ad immutationem ipsius.

¶ At qui coloris quidem id est susceptiuũ quod colore vacat: soni autem id qđ sono. Vacat autem colore perspicuũ ipsum ⁊ inuisibile: vel id qđ vix tãdẽ videtur: quale id esse videt᷑ qđ tenebris est affectũ: atq; tale est ipsum vt patet perspicuũ. Attamen nõ cum est perspicuũ actu: sed cum potẽtia: eadem enĩ natura modo est tenebre: modo lumen.

T.c.71. ¶ Est autẽ coloris susceptiuuz: qđ sine colore: soni autem absonũ. Sine colore aũt diaphanũ ⁊ inuisibile: aut qđ vix videtur: vt qđ tenebrosum est. Huiusmodi aũt diaphanũ quidez est: non cum sit actu diaphanuz: sed cum potentia. Eadem enim natura quãdoq; quidez tenebra: quandoq; autem lumen est. Lectio. XV.



Ostq̃ȝ phs ostendit superius quid est color: ⁊ quid diaphanum: ⁊ quid lumen. Hic autez ostẽdit quõ diaphanũ se habeat ad colores. Manifestũ est aũt ex ꝑmissis ꝙ diaphanuz est susceptiuũ coloris: est enĩ color motiuus diaphani. vt supra dictuz est. Qđ autem est susceptiuum coloris oportet esse sine colore: sicut qđ est susceptiuum soni: oportet esse sine sono: nihil enĩ recipit qđ iam hẽt: ⁊ sic patet ꝙ diaphanuz oportet esse sine colore. Cum aũt corpora sint visibilia per suos colores: sequit᷑ ꝙ diaphanũ ꝭm seipsum sit inuisibile. Quia vͦo eadẽ est potentia cognoscitiua oppositoꝝ: sequit᷑ ꝙ visus qui cognoscit lucem: cognoscat ⁊ tenebram. Lz igit᷑ diaphanuz ꝭm se careat colore ⁊ lumine: quoꝝ est susceptiuũ: ⁊ sic ꝭm se visibile non sit eo modo quo sunt visibilia lucida ⁊ colorata: tamẽ põt dici visibile: sicut videt᷑ tenebrosum: quod vix videt᷑. Diaphanũ igit᷑ est huiꝰ. i. tenebrosum: cũ non est actu diaphanum: sed in potentia tñ. Eadem eniz natura est subiecta: quandoq; quidem tenebrarũ: quãdoq; autem luminis. Et sic diaphanum carens lumine: quod ei accidit dum est potentia diaphanum: oportet ꝙ sit tenebrosum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At vͦo non vniuersa visibilia in lumine sunt visibilia: sed solũ vniuscuiusq; proprius color. Nonnulla nãq; in lumine quidẽ nõ vident᷑: in tenebris autem efficiunt sensum: vt ea que apparent ignea atq; splẽdent. Hec autẽ noĩe carent vno: vt fungus: cornu: pisciũ capita: squame: oculi: sed nullius horum proprius color videt᷑: atq; quã ob causam hec visibilia sunt: alia ratio est.

¶ Non omnia autẽ visibilia sunt in lumine: sed solum vniuscuiusq; proprius color. Quedam enim in lumine quidem non vident᷑: in tenebra autẽ faciunt sensum: vt que ignea vident᷑ ⁊ lucentia. Nõ autẽ nominata sunt hec vno nomine vt quercus putride: cornu: capita piscium: ⁊ squame: ⁊ oculi. Sed nulli horum videtur proprius color. Propter quam igitur causam hec videntur: alia ratio. T.c.72

¶ Quia iam determinatũ est de colore qđ videt᷑ in lumine: determinat de alio visibili qđ supra dixit esse inominatum. Et dicit ꝙ nõ oĩa sunt visibilia in lumine: sed solum proprius color vniuscuiusq; corporis in lumine visibilis est: quedã enim non vident᷑ in lumine sed in tenebris: sicut animalia que in tenebris vident᷑ ignita ⁊ lucẽtia: ⁊ hec sunt multa: sed non habent vnum nomen commune: sicut putredines quercuuz: ⁊ aliqđ cornu alicuius animalis: ⁊ capita quorundaz piscium: ⁊ squame: ⁊ oculi quorũdã animaliũ. Sed lz ista videant᷑ in tenebris: nullius tamẽ horũ ꝓprius color in tenebris videt᷑. Vident᷑ ergo ista in tenebris ⁊ in lumine: sed in tenebris vt lucẽtia: in lumine aũt vt colorata. Sed ꝓpter quã cãm sic videant᷑ in tenebris lucentia: alia ratio est. Nõ eniz hic inducit᷑ hoc nisi quasi per accidens: ad ostendendũ comparationem visibilis ad lumen.

Quare q̃dã lucida i tenebris videant ⁊ nõ i luie.

¶ Videt᷑ autẽ visibilitatis eoꝝ in tenebris hec esse ratio: qa huiꝰ ex sua compositione habent aliquid lucis: inquãtũ lucidũ ignis ⁊ diaphanum aeris ⁊ aque nõ est totaliter in eis cõprehẽsum per opacum terre. Sed qa modicũ habent de luce: eoruz lux ad presentiaz maioris luminis occultat᷑. Unde in lumine non vident᷑ vt lucẽtia: sed vt colorata tñ. Lux aũt eoꝝ ꝓpter sui debilitatem nõ põt diaphanũ perfecte reducere in actum ꝭm ꝙ natum est moueri a colore. vnde sub eorũ luce: nec eoꝝ color: nec alioꝝ videt᷑: sed solum lux ipsoꝝ. Lux enim cũ sit efficacior ad mouenduz diaphanũ q̃ȝ color ⁊ magis visibilis: cũ minori imutatione

diaphani videri potest. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nunc tm̄ patet id inquā qđ in lumine videtur esse colorē: quocirca sine lumine non videt̄: hec est eniȝ sane coloris ratio: esse inquā eius motiuuȝ quod est perspicuum actu. Actus autē perspicuis lumen est: vti diximꝰ. Id ita esse ex eo tanꝗ̄ e manifesto signo patere potest. Nam si quispiam id qđ hȝ colorē suꝑ ipsum visum posuerit: non sane videbit. Sed color quidem mouet perspicuū vt aerē: ab hoc aūt cuȝ sit continuus: sensus instrumentū mouetur.

T.c.73. ¶ Nunc autē intantū manifestuȝ est: qm̄ quod quidē in lumine videt̄ color est: vnde non videtur sine lumine: hoc eni erat ipsi colori esse: motiuū esse ſm actum diaphani: actus auteȝ diaphani lumen est. Signum autē huius manifestum. Siquis enim ponat habens coloreȝ suꝑ ipsum visum: nō videbitur. Sed color mouet diaphanū: puta aerem. Ab hoc autem iam cōtinuo existente mouet̄ qđ sensitiuum est.

¶ Ostendit quō color perueniat ad visum. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit quid est necessarium ad hoc ꝙ visus moueat̄ a colore. Scđo ostendit aliquid simile qđ est necessariū in alys sensibilibus. ibi (Eadē aūt ratio.) Circa primū duo facit. Prīo determinat veritatē. Scđo excludit errorē. ibi (Non eniȝ bene hoc.) Dicit ergo primo ꝙ per supradicta intātū manifestū sit ꝙ illud qđ videt̄ in lumine est color: ⁊ ꝙ sine lumine videri non pōt: ga vt supra dictū ē: hoc est de rōne coloris ꝙ sit motiuū diaphani: qđ quidē fit per lumē qđ est actus diaphani: ⁊ ideo sine lumine color videri nō pōt. Cuius signū est: ga si aliqs ponat corpus coloratū super organū visus: nō videbit̄: ga nō est ibi diaphanū ī actu qđ moueat̄ a colore. Nam ⁊ si pupilla sit quoddā diaphanum: nō tm̄ erit diaphanū in actu. si superponat̄ sibi corpus coloratū. Oportet autē ꝙ color moueat diaphanū in actu: puta aerē vl̄ aliquid huiꝰ: ⁊ ab hoc mouetur sensitiuū. i. organū visus sicut a corpore sibi continuato. Corpora enim nō se imutant nisi se tangant. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non eniȝ hoc loco recte sentire videtur Democritus: qui quidē putat si mediū spatiū vacuū fiat: formicā etiā si sit in celo exacte ꝑfecteqȝ videri. Eteni ipsuȝ fieri non pōt. Visio nāqȝ fit patiente aliquid sensitiuo: at vt patiat̄ ab ipso colore qui videt̄: fieri nequit. Restat igit̄ vt a medio. Quare necesse est aliqđ esse mediū inter colorem ipsum ⁊ visuȝ. Qđ si id vacuū fiat: non modo non exacte: sed neqȝ quicꝗ̄ oino videtur. Quam igitur ob causam necesse est in lumine colorem videri: diximus.

T.c.74 ¶ Non eni bene hoc dicit Democritus opinatus si eēt vacuū ꝙ mediuȝ prospici vtiqȝ certe: ⁊ si formica in celo esset. Hoc enim impossibile est. Patiente enim aliqđ sensitiuo fit ipsum videre. Ab ipō igit̄ qui videt̄ colore impossibile est. Relinquit̄ autē ꝙ a medio. Quare necesse est aliquod esse mediū. Vacuo autē facto nō aliquid certe: sed omnino nihil videbit̄. Propter quam quidem igitur causam colorem necesse est in lumine videri dictum est.

¶ Excludit errorē dicēs: ꝙ nō bene dixit Democritus: q opinatus fuit ꝙ si mediū qđ est inter rem visam ⁊ oculū esset vacuū: ꝙ posset aliquid quātūcūqȝ paruū videri ꝑ quātācūqȝ distātiā: puta si formica eēt in celo. Sed hoc est impossibile: opȝ eni ad hoc ꝙ aliqđ videat̄ ꝙ organū visus patiat̄ a visibili. Oñsuȝ est aūt ꝙ nō patit̄ ab ipso visibili imediate: ga visibile suppositū oclo nō vr̄. Relinquit̄ ḡ ꝙ oporteat organuȝ visus pati a visibili ꝑ aliqđ mediū: nec̄e est ḡ eē aliqđ mediū iter visibile ⁊ visū. Si āt est vacuū nihil ē mediū qđ posset imutare ⁊ imutari. Relinquit̄ ḡ ꝙ si esset vacuū oino nihil videretur. Incidit aūt in hāc opionē Democritus: ga putabat ꝙ cā quare distantia impedit visionē alicuius rei fit per mediū qđ resistit imutationi visibilis. hoc aūt ē falsuȝ. Nō eni diaphanū hēt ꝯrietatē ad lumē vel colorē: sed est in vltima dispōne ad eoꝝ receptionē: cuiꝰ signū est ꝙ subito imutat̄ a lumine vel colore. Causa aūt q̄re distantia ipediat visum est: ga omne corpus videt̄ sub quodā angulo cuiusdā triāguli: vl̄ magis Pyramidis: cuius basis est in re visa: ⁊ angulus est ī oculo vidētis. Neqȝ differt quantū ad hoc vtrū visus fiat extramittēdo: ita ꝙ linee ꝯcludētes triāgulū vl̄ pyramidē sint linee vel visuales ꝓgrediētes a visu ad rem visam: vel ecōuerso fiat: dummō visus sit sub p̄dicta figura triāguli vel pyramidis. Qđ iō nec̄e est: ga cū res visa sit maior quātitate ꝗ̄ pupilla: opȝ ꝙ ꝓportionalr̄ diminuēdo ꝑueniat imutatio visibilis vsqȝ ad visuȝ. Manifestū est aūt ꝙ quāto latera triāguli vel pyramidis sunt longiora: dūmō sit eadē basis: tāto anguls ē minor: ⁊ iō quāto a remotiori vr̄: minus vr̄: ⁊ tāta p̄t eē distātia ꝙ oio nō vr̄. ¶ Deide cū dic̄. — *Quare distantia localis ipediat visū.*

¶ At ignis in vtrisꝗ̄ plane videt̄: in tenebris iquaȝ atqȝ in lumine. Id auteȝ necessario accidit. Ipsum enim perspicuum ab hoc perspicuum fit.

¶ Ignis autem in vtrisqȝ videtur ⁊ in tenebra ⁊ in lumine: ⁊ hoc ex necessitate. Diaphanum enim ab hoc lucidum fit.

¶ Ostēdit quō videat̄ ignis ⁊ lucida corpa: ⁊ dicit ꝙ vident̄ nō solū in lumie sicut colorata: sed etiā in tenebris sicut illa de qbus supra dixit. Et hoc ex necessitate cōtingit: ga ignis hȝ tātū de lumie ꝙ pōt diaphanū oino facere in actu: ita vt ⁊ ipm̄ ⁊ alia videant̄. Nec est tātū debile lumen eius ꝙ ad p̄ntiaȝ maioris lumis obūbret̄: sicut accidit in his que sunt dicta supra. ¶ Deinde cuȝ dicit.

¶ Eadem autē est ⁊ de sono: ⁊ de odore etiaȝ ratio: nihil eni ipsoꝝ sensus instr̄m tāgens efficit sensum: sed ab odore quidē: ⁊ sono mouet̄ mediū: ab hoc āt vtrūqȝ sensuum instr̄m. Qđ si quispiaȝ super ipsum instrumentuȝ sensus: vel id qđ sonat: vel id qđ olet posuerit: nullus profecto sensus efficiet̄. Simili mō res se habet in tactu ⁊ etiaȝ gustu: sed non apparet: quā aūt ob causam: postea dicetur ac patebit.

¶ Eadem enim ratio est ⁊ de sono ⁊ de odore. T.c.75 Nihil enim ipsoꝝ tangēs sensitiuū facit sensū. Sed ⁊ ab odore quidē ⁊ sono media mouent̄: ab hoc aūt sensitiuoꝝ vtrūqȝ. Cū aūt suꝑ ipsū sensitiuuȝ aliqs apponit odorans: aut sonans: neqȝ vnū sensuȝ faciet. De tactu aūt ⁊ gustu hȝ se similr̄: nō aūt videt̄: ꝓpter quā aūt causam: posterius erit manifestum.

¶ Ostēdit

¶ Ostēdit, ꝙ silr se hꝫ in alijs sensibus sicut in visu: ⁊ dicit ꝙ eadē rō est de sono ⁊ odore sicut ⁊ de colore. Nullū eniꝫ eoꝝ sentit si tāgit organū sensus: sꝫ ab odore ⁊ sono mouent media: a medio aūt vtrūqꝫ organoꝝ: auditus .s. ⁊ olfatus. Sed cū aliqs ponit corpus odorans: aut sonās super organū sensus: nō sentit. Et similiter est in tactu ⁊
Li.3°.t. gustu: lꝫ non videatur propter causam que inferius dice
c.iii4. tur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atqꝫ medium quidem in sonis est aer: in odorib⁹ autem nomine vacat. Nam vt perspicuum in colore cōmunis est quidam affectus in aere: atqꝫ aqua: sic alius quidam in odoribus est affectus: qui quidem inest in his vtrisqꝫ: in aere inquaꝫ: ⁊ aqua. Videtur enim ⁊ animalium ea que versantur in aquis sensuꝫ odoris habere. Veruꝫ homo ceteraqꝫ animantia q̄ degunt in terra: atqꝫ respirant: nequeūt sine respiratiōe olfacere. Et cā ēt huiusce posteri⁹ explicabit.

T.c.76 ¶ Medium autem sono quidem aer est. Odori aūt inominatum est. Cōmunis enim quedā passio est ab aere ⁊ aqua: sicut diaphanum colori: sic est habenti odorem ꝙ est in vtrisqꝫ his. Videntur eni animaliuꝫ aquatica habere odoris sensuꝫ. Sed homo ⁊ pedibus ambulantiū quecunqꝫ respirant impossibilia sunt odorare nisi respirātia. Cā aūt de his posteri⁹ dicetur.

¶ Ostēdit qd sit mediū in his sensib⁹: ⁊ dicit ꝙ illud qđ mouet a sono est aer: mediū aūt qđ mouet ab odore est aliqd cōe aeri ⁊ aque: sicut ⁊ vtrūqꝫ eoꝝ est medium qđ mouet a colore: sꝫ a colore mouet vtrūqꝫ hoꝝ ꝟm ꝙ diaphanū. Passio aūt cōis aeri ⁊ aque ꝟm quā mouetur ab odore est inominata: nō eniꝫ mouet ab odore ꝟm ꝙ sūt diaphana. Et ꝙ vtrunqꝫ hoꝝ moueat ab odore manifestat ꝑ hoc ꝙ animalia aquatica hūt sensum odoris: ex q̊ manifestū est ꝙ aque mouentur ab odore. Homo aūt ⁊ animalia gressibilia ⁊ respirātia nō odorāt nisi respirando. Et sic manifestū ē ꝙ aer est mediū in odoratu. Hoꝝ
T.c.98. autem causa posterius dicetur.

¶ Nunc auteꝫ post hec de sono ⁊ auditu: determinemus oportet. Est itaqꝫ sonus duplex. Quidam eniꝫ est actu: quidam potentia sonus. Nam corporum q̄dam non habere dicimus sonum: vt spongiaꝫ: lanā: ⁊ huiuscemodi: quedā habere: vt es ⁊ quecunqꝫ solida leniaqꝫ sunt: q2 possunt sonare: id est inter se ⁊ auditum: sonum efficere.

T.c.77 ¶ Nunc autem primum de sono ⁊ olfatu determinemus. Est autem duplex sonus. Hic quidem enim actu: quidam alius autem potentia. Alia enim non dicimus habere sonum: vt spōgiam: lanam: pilos. Quedam auteꝫ habent: vt es ⁊ quecunqꝫ plana ⁊ lenia sunt: quoniaꝫ possunt sonare. Hoc autem est ipsius medij ⁊ auditus facere sonuꝫ actu. Lec. XVI.



Ostqꝫ Phs determinauit de visibili: h̄ determinat de audibili. i. de sono. Et diuiditur in duas ꝑtes. In ꝑma determinat de sono in cōmuni. In 2ª determiat de q̄dā spē soni. s. voce. ibi (Vox aūt.) Prima in duas ꝑtes diuidit. In pª determinat de sono. In 2ª de differētijs sonorū. ibi (Differentie aūt sonoꝝ.) Prima diuidit in duas. In pª determinat de sono. In 2ª mouet quādā dubitationē circa ꝑdetermiata. ibi (Utrū āt sonat.) Pria diuidit i duas. In pª determiat de gnōne soni. In 2ª de imutatione audit⁹ a sono. ibi (Uacuū aūt.) Si aūt q̄rat q̄re determinat h̄ de gnōne soni: cū supra non determinauerit de gnōne coloris: sꝫ solū de imutatione sensus ⁊ medij a colore. Dōm est ꝙ color ⁊ odor ⁊ sapor ⁊ q̄litates tāgibiles hūt esse permanēs: ⁊ fixū in suo subto. Uñ est alia ꝯsideratio ipsaꝝ q̄litatū ꝟm se: ⁊ ꝟm ꝙ imutāt sensum: ⁊ ꝑꝑ h̄ alterius est ꝯsideratiōis vtrūqꝫ. Uñ Phs de gnōne coloris ⁊ saporis ⁊ odoris determinat in libro de sensu ⁊ sensato. De q̄litatibus aūt tāgibilib⁹ in libro de gnātione: ⁊ quātū ad aliq̄ in libro metheo. In hoc aūt lib° nō intendit determinare de sensibilibus nisi inquātū sunt imutatiua sensus. Sonus aūt causat ex motu: ⁊ non hꝫ cē fixum ⁊ quiescēs in subto: sꝫ in q̄dā imutatiōe ꝯsistit. vñ simul determinat de eo ꝟm ꝙ generat in sua spē: ⁊ ꝟꝫ ꝙ imutat sensum. Prima autē pars diuidit in duas. In pª determinat de pª gnātione soni. In 2ª de scđa soni gnōne que fit ꝑ reflexionē. ibi (Echon aūt fit.) Circa ꝑmū duo facit. Primo ostēdit ꝙ sonus qñqꝫ est in actu: qñqꝫ i potētia. Scđo ostēdit q̄uo fit sonus in actu. ibi (Fit aūt ꝟꝫ actū.) Dicit g̊ ꝑ̊ ꝙ añqꝫ determinet de tactu ⁊ de gustu: dōꝫ ē đ sono ⁊ olfatu: sꝫ ꝑ̊ đ sono: q2 spūalior est: vt supra
ostēsum est. Sonus aūt duplr dr: dr enim sonus in actu: Lec.14.
⁊ sonus in potētia. Dicimus aūt aliquā rē habere sonū: ⁊ qñ actu sonat: ⁊ quādo hꝫ potētiā sonādi. sicut dicim⁹: hec cāpana hñ sonat: quāuis nō sonet in actu. Et ꝟm hūc modū dicimus ꝙ quedā nō habēt sonū: q2 nō habēt potentiā sonādi: sicut spongia ⁊ hꝯ mollia. Quedā aūt dicūtur habere sonū: q2 possunt sonare: sicut es ⁊ alia huiusmodi plana ⁊ lenia. Sic g̊ pꝫ ꝙ sonus qñqꝫ dicit ꝟm potētiā: qñqꝫ ꝟm actum. Sed ꝙ fiat sonus in actu: hoc pertinet ⁊ ad mediū ⁊ ad auditū. Omne eni sensibile dupliciter dicit esse in actu. Uno mō qñ actu sentit: hoc ē duꝫ spēs eius est in sensu: ⁊ sic sonus est actu ꝟm ꝙ est in auditu. Alio mō ꝟm ꝙ hꝫ ꝓpriā spēm per quā sentiri pōt: ꝓut est in suo subiecto: ⁊ sic alia sensibilia fiunt in actu: ꝓut sunt in corporibus sensibilibus: sicut color ꝓut est i corpore colorato: ⁊ odor ⁊ sapor ꝓut sunt in corpore odorifero ⁊ saporoso. Sic aūt nō est de sono. Nā in corpore sonāte nō ē sonus nisi i potētia. In medio aūt qđ mouet ex percussione corporis sonātis fit sonus in actu. Et propter hoc dicit ꝙ sonus in actu est medij ⁊ auditus: nō āt subiecti sonabilis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fit autem actu sonus alicuius semper ad aliquid ⁊ in aliquo. Ictus est enim qui sonum efficit ipsum. Quapropter fieri non potest: vt si vnuꝫ sit corpus: sonus efficiatur. Quippe cum aliud sit id qđ verberat: aliđ qđ v̂berat. Quare id qđ sonat: ad aliqđ sonat: sine autem latione nunq̄ efficitur ictus.

¶ Fit autem qui ꝟm actum sonus semper alicu
ius ad aliquid ⁊ in aliquo. Percussio enim est T.c.78
faciens. Unde impossibile est cum sit vnum: fieri sonum. Alterum enim est verberās: ⁊ qđ verberatur. Quare sonans ad aliqd sonat. Tāgit enim aliquid. Cum auteꝫ ictu tangit: sonat. Ictus autem non fit sine motu.

¶ Ostendit q̄uo sonus fiat in actu. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit quot ꝯcurrunt ad hoc ꝙ sonus ꝯstituatur

in actu. Scḋo ostēdit q̃lia eē oporteat. ibi (Sicut aūt dixim⁹.) Dicit ḡ primo ꝙ ad h̄ ꝙ sonus fiat in actu oportet tria ꝯcurrē. Fit enim semꝑ alicuius: ⁊ ad aliq̄d: ⁊ ī aliquo: ⁊ iō si sit vnū tm̄: nō pōt sonū facere. Et huius rō est sine signū: q̄ percussio est cā soni. oꝫ igit̃ esse aliq̄d. i. ꝑcutiēs ⁊ aliq̄d ꝑcussum. Et ꝑꝑ hoc dicit ꝙ (sonus est alicuius ad aliq̄d). i. ꝑcutiēs ad ꝑcussum. Oportet enim ꝙ illud qḋ facit sonū tāgat aliq̄d: ⁊ cū tetigerit suo ictu generet̃ tunc sonus. Ictus aūt ꝑcutiētis nō fit sine motu locali: motus aūt localis nō est sine medio. Unde relinquit̃ ꝙ opꝫ esse mediū ad hoc ꝙ fiat sonus ī actu. Et h̄ est qḋ dictū est ꝙ oportet esse sonū: non solum alicuius ⁊ ad aliquid: sed etiam in aliquo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atq̃ vti diximus non quorumuis ictus corporum sine vllo discrimine sonus est. Nullum enim efficit sonuꝫ: si percussa fuerit lana: sed es ⁊ quecunqꝫ sunt lenia cōcauaqꝫ. Es quidem q̄ corpus est lene. Concaua vō q̄ per reflexiones q̃plures post primum efficiunt ictus. quippe cum nō possit aer motus ac agitatus exire.

¶ Sicut autem diximus: non contingentiū ict⁹ sonus est: nullum enim faciunt sonum pili: ⁊ si percutiantur: sed es ⁊ quecūqꝫ lenia ⁊ cōcaua sunt. Es quidem quoniam lene est. Concaua autem: ex repercussione faciunt multos ictus post primum in potenti exire qḋ motuꝫ est.

Es. i. solida corpora,

¶ Ostēdit qualia oꝫ esse ea q̄ requirunt̃ ad soni generationē. Et primo oñdit q̃lia oꝫ esse ꝑcutiēs ⁊ ꝑcussum. Secūdo q̃le oꝫ esse mediū. ibi (Amplius aūt.) Dicit ergo p̊ ꝙ sicut p̄dictū est sonus nō fit ex ꝑcussione quorūcūqꝫ ꝯtingentiū corporum. Dictū est enim supra ꝙ pili ⁊ spōgia ⁊ h⁹ mollia nō hn̄t potētiā sonādi: vñ nullū sonū faciūt ēt si ꝑcutiant̃. Cuius ratio est: q̄ mollia cedūt ꝑcutienti: vñ ex ꝑcussione nō extrudit̃ aer: vt sic in eo possit formari sonus ex ictu ꝑcutiētis: ⁊ resistētia ꝑcussi. Sed si h⁹ mollia cōprimant̃ vt aliquā duritiē habeāt ⁊ resistāt ꝑcutiēti: sequit̃ sonus: lꝫ sonus surdus. Sed es ⁊ corpora lenia ⁊ ꝯcaua sua ꝑcussione faciunt sonum. Necesse est enim ꝙ illa ex quoꝝ ꝑcussione sonus reddit̃ sint dura: vt aer extrudat̃: que quidē extrusio est cā generationis soni. Requirit̃ ēt ꝙ sint lenia vt sit aer vnus: sicut infra dicet̃. Cōcaua aūt etiā ꝑcussa bene reddūt sonū: q̄ in eis intus aer ꝯcludit̃. Et cū illḋ qḋ primo motū est non possit statim exire ꝑcutit aliū aerē: ⁊ sic ex ꝑcussiōe fiūt multi ictus: ⁊ multiplicat̃ sonus. Et ꝑꝑ hoc etiā illa que in sui cōpositione hn̄t aerē bene dispositū: sunt bene sonora. sicut es ⁊ argētū. In quoꝝ aūt cōpositiōe aer nō bene se hꝫ: nō sunt bene sonora: sicut plūbus ⁊ alia h⁹ q̄ sūt magis feculenta ⁊ terestria. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Preterea auditur quidem sonus ⁊ in aere: ⁊ in aq̄. At vō nec aer est auctor soni: nec aqua: sed opus ē: vt inter sese solidorum corporum: atqꝫ ad aerē ictus fiat. Qḋ quidem tum fit: cum aer percussus permanet: neqꝫ diffunditur. Quapropter si cito vehementerqꝫ percutiatur: sonat. Opus est enim vt percutiētis motus diffusioneꝫ preueniat aeris: perinde atqꝫ si cumulum aut aceruum arene cuꝫ fertur velociter quispiam verberet.

T. c. 79. ¶ Amplius auditus in aere ⁊ in aqua: sed min⁹ in aqua. Non est autem soni proprius aer neqꝫ aqua. Sed oportet firmoruꝫ repercussione fieri adinuicem ⁊ ad aera. Hoc autem fit: cū permaneat percussus aer: ⁊ non soluatur: vnde si velociter ⁊ fortiter percutiatur: sonat. Oportet enim preoccupare motum ferientis fracturam aeris. sicut si ꝯgregationem aut cumulum lapilloꝝ ꝑcutiat aliquis latum velociter.

¶ Ostēdit q̃le sit medium in quo gnātur sonus: ⁊ dicit ꝙ mediū in quo sonus audit̃ est aer ⁊ aqua: sed minus audit̃ in aqua: q̃ȝ in aere: vñ ꝓprissimū mediū tā in genere soni q̃ȝ in auditu est aer. Et q̄ mediū in quolibet sensu qualitatibus sensibilibus ꝭm illū sensum caret vt possit oēs recipere: manifestū est ꝙ neq̃ȝ aer neqꝫ aqua hn̄t ꝓpriū sonū: sed necessariū est ad soni generationē: ī aere vel aqua: ꝙ aliq̄ corpa firma vel solida ⁊ dura ꝑcutiant se inuicē ⁊ ꝑcutiāt aerē. Qr̄ aūt simul fiat ꝑcussio solidorū adinuicē: ⁊ ꝑ ꝯñs sonus: ⁊ ad aera: ꝯtingit cū aer in sua ītegritate manet vt possit ꝑcuti: ⁊ nō diuidit̃ añ ꝑcussionē. Et ꝑꝑ hoc videmus ꝙ si aliq̄d tardo motu tāgat alterū: nō facit sonū: q̄ prius recedit aer ⁊ dissoluit̃: q̃ȝ ꝯtact⁹ solidoꝝ corpoꝝ fiat. Sed si ꝑcussio sit velox ⁊ fortis: tūc fit sonus: q̄ ad hoc ꝙ fiat sonus oꝫ ꝙ mot⁹ percutientis p̄ueniat diuisionē aeris: vt aer adhuc adunatus siue collectus ꝑcuti possit: ⁊ in eo sonus generari. Et est simile sicut cū aliq̄d velociter fert̃: ꝑcutere pōt aceruū lapidū anteq̃ȝ dissoluat̃: qḋ nō ꝯtigit si tarde moueat̃. Et ꝑꝑ h̄ ēt qñ aliquid velociter fert̃ ipso aere facit sonū ex suo motu: q̄ ipse aer adhuc adunatus se hꝫ in ratione percussi: ⁊ nō solū medij. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fit autem echon sonitus inquaꝫ is qui post sonū resultat: cum aer factus vnus ob vas vel locum qui terminauit ipsum atqꝫ dissolui prohibuit: inde resilit veluti pila repulsus.

¶ Echon autem fit: cum ab aere vno facto propter vas determinans ⁊ prohibens diffundi: iterum aer repellitur sicut spera. T. c. 80

Echon gnātio

¶ Determinat de 2ª gnātione soni que fit ꝑ reuerberationē: q̄ q̄dem sonus vocat̃ echon. Primo ḡ determinat q̊modo generet̃. Scḋo oñdit qūo diuersificat̃ in ei⁹ gnātione. ibi (Videt̃ aūt.) Cōsiderādū est aūt circa p᷑ᵐ ꝙ gnātio soni in aere ꝯsequit̃ motū aeris: vt dictū est. Sic aūt ꝯtingit de imutatione aeris apud generationē soni: sicut de imutatiōe aque cū aliq̄d in aqua ꝓycit̃. Manifestū est enim ꝙ fiunt quedā regyrationes in circuitu aq̄ ꝑcusse. Que q̄dē circa locū ꝑcussionis sunt ꝑue: ⁊ mot⁹ est fortis. In remotis aūt gyrationes sunt magne: ⁊ motus debilior. Tādē motus totaliter euanescit: ⁊ gyrationes cessant. Si aūt añq̃ȝ mot⁹ cesset gyratiōes ille aliqḋ obstaculū iueniāt fit motus gyrationis in ꝯ̄riū: ⁊ tāto vehemētius: q̃ȝto ꝓpinquius fiūt prime ꝑcussioni. Sic igit̃ itelligendū est ꝙ ad ꝑcussionē corpoꝝ sonātiū aer ī gyrū mouet̃: ⁊ sonus vndiq̃ȝ diffundit̃. Et in vicino q̄deꝫ gyrationes sunt minores: sꝫ motus fortior. vñ ⁊ sonus forti⁹ ꝑcipit̃. In remotis aūt gyratiōes sunt maiores: ⁊ motus debilior: ⁊ sonus obscurior audit̃. Tandē aūt deficit totū. Si aūt añq̃ȝ h⁹ gyrationes deficiāt fiat reuerberatio aeris sic moti: ⁊ sonū deferētis ad aliquod corpus: gyrationes reuertent̃ ī ꝯ̄riū: ⁊ sic audit̃ sonus quasi ex aduerso. Et hec vocat̃ Echon. Qḋ p̄cipue fit qñ illḋ obstās ad qḋ repercutit̃ aer motus: est aliqḋ corpus ꝯcauum quasi qḋdā vas determinās ⁊ ꝯcludens aereꝫ in sua vnitate: ⁊ iō

fēc molli nō faciunt sonū

ꝓhibens ipsum diuidi. Tunc eniꝫ ille aer sic vnitus ⁊ cō motus: q̄ꝛ nō pōt vlterius motū ꝓtendere ꝓpter corpus obstans: percutit iteꝝ aerem a quo percutiebat̄: ⁊ fit motus in cōtrarium. Sicut accidit cum aliquis proycit pilam que h̄ spera dicitur: ⁊ inueniens obstaculū retro resilit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Videt̄ āt talis sonit⁹ fieri semꝑ: sꝫ nō semꝑ clar⁹ efficitur. Nā ⁊ in sono perinde atqꝫ in lumine fit. Lumen enim semper refrangitur: alioquin nō fieret lumen vbiqꝫ: sed essent extra locum eum tenebre: quo radiȷ̈ solis perueniant. Veruꝫ non ita semper refrā gitur: vt vmbram efficiat: qua terminare lumen solemus: qd̄ quidē tum fit: cum ab aqua vel aere: ceterisqꝫ lenibus (vt patet) reflectitur.

¶ Videt̄ autē semper fieri Echon: sed non certus: q̄ꝛ accidit in sono sicut ⁊ in lumine. Eteniꝫ lumen semper repercutitur: neqꝫ eniꝫ fieret penitus lumen: sed tenebra extra solem. Sed non sic repercutitur: sicut ab aqua aut aere aut ⁊ ab aliquo alio lenium: quare tenebraꝫ facit qua lumen determinamus.

¶ Ostēdit qūo diuersimode fit echon. Et dicit ꝙ videtur semper fieri echon: sed nō semꝑ fit cert⁹. i. manifeste perceptibilis. Et h̄ ostēdit per simile. Dicit enim ꝙ accidit in sono sicut in lumine. Lumen enim semper repercutitur: sed quandoqꝫ quidem est manifesta repercussio luminis: quādoqꝫ autem non. Manifesta quidem est repꝑcussio luminis quando repercutit̄ ab aliquo corpore fulgido: ita ꝙ cum quadam claritate fit luminis repercussio simili modo prime luminis emissioni. Immanifesta aūt est percussio luminis qn̄ repercutit̄ ab aliquo corꝑe opaco: q̄ꝛ h⁹ ꝑcussio fit sine claritate ⁊ radioꝝ emissione. Nisi enim a corporibus opacis fieret repercussio radiorū solis: nō fieret lumen penitus. i. in q̄libet ꝑte aeris superioris hemisperȷ̈: sꝫ vbiqꝫ esset tenebra extra solē. i. extra loca ad q̄ directe ꝑueniūt radȷ̈ solares. Nō tn̄ sic repꝑcutitur lumen a corporib⁹ opacis sicut ab aqua vel aere: aut aliquo de numero lenium corporū ⁊ tersoꝝ a q̄b⁹ fit repercussio cū claritate ⁊ radiorum emissione. Et ideo q̄ꝛ repꝑcussio q̄ fit a corporibus opacis nō est similis repercussioni q̄ fit a corporibus fulgidis: repercussio q̄ fit a corporibus opacis facit tenebrā. i. vmbrā ex illa ꝑte vbi determinat̄ lumē manifestū: qd̄ est ex directa emissione radioꝝ solariū. Similiter autē qn̄ repercussio soni fit ad corpus ꝯcauū in q̄ nat⁹ est multiplicari sonus: fit echon certus. i. manifeste comprehēsibilis. Quādo aūt ad alia corpora fit reuerberatio soni que nō sunt nata multiplicare sonū: nō fit echon manifestus.

¶ Recte autem a veteribus audiendi vacuo tribuit̄ auctoritas: nam aer vacuum esse videtur. Is autem est qui audire facit: cum continu⁹ vnusqꝫ fuerit agitatus. Verum q̄ꝛ fragilis est: nō personat: nisi id qd̄ est percussum sit lene. Tum enim vnus ipso simul ob planitiem ipsam euadit. Lenis nanqꝫ corporis planum est vnum. Id igitur sonū efficit: qd̄ mouet vsqꝫ ad auditum cōtinuatione aerem vnū.

T.c. 81. ¶ Vacuum autem recte dicitur proprium audiendi. Videtur enim esse vacuuꝫ aer. Hoc autem est faciens audire cum moueatur continu⁹ ⁊ vnus. Sed propter id ꝙ fragilis est non sonat: nisi lene sit qd̄ percutitur: tunc autem vn⁹ fit. Simul enim propter planū: vnum eniꝫ est lenis planum. ¶ Sonatiuū quidem igitur qd̄ motiuum vnius aeris continuitate vsqꝫ ad auditum. T.c. 82

Lec. XVII.

Postq̄ ph̄s determinauit de gn̄atione soni: h̄ determinat de imutatiōe sensus a sono. Et p̄ q̄tū ad imutationē medȷ̈. Scd̄o q̄tū ad imutationē instrumēti. ibi (Auditus aūt.) Dicit ḡ primo ꝙ q̄ꝛ mediū in sono est aer: recte dicit̄ a q̄busdā ꝙ vacuū est ꝓpriū sensui auditus: q̄ꝛ videt̄ eis ꝙ vacuū sit aer. aer aūt facit audire sonū: cū moueat̄ existens vnus ⁊ ꝯtinuus: vt in eo possit formari son⁹. Et q̄ꝛ ad hoc ꝙ formet̄ sonus necessaria est vnitas ⁊ ꝯtinuitas aeris: ideo nō fit sonus nisi sonabile qd̄ percutit̄ sit lene. Lene enim est cuius vna pars non supereminet alteri. Asperum aūt cuius vna pars alicui supereminet. Vnde manifestum est ꝙ suꝑficies lenis corporis est simpliciter vna. Et ꝑꝑ hoc aer ꝑꝑ vnitatē plani. i. superficiei fit vnus ⁊ simul existēs. Si aūt corpus nō sit lene sed asperū: tūc superficies nō est vna. Et q̄ꝛ aer est frangibilis. i. facile diuisibilis seq̄tur ꝙ ēt aer nō sit vnus ⁊ ꝯtinuus: vn̄ nō pōt in eo formari sonus. Sic igit̄ pꝫ ꝙ illud ē sonās tm̄. i. faciēs sonū qd̄ mouet aerē vnū ꝯtinuū existentē a se vsqꝫ ad auditū. Sic ergo pꝫ ꝙ illi qui dicunt ꝙ vacuum est proprium sensui auditus: dicunt aliquid recte: q̄ꝛ esse proprium auditus cōpetit aeri quem vacuum eē dicunt. Nō autē dicunt recte quātū ad hoc ꝙ plenū aere dicunt esse vacuum ¶ Deinde cum dicit.

Lene quid. Asperū quid.

¶ Inest autem auditui quidam insitus aer: atqꝫ cum auditus in aere sit: cum externus aer mouetur: ⁊ intern⁹ mouetur ac agitatur. Quapropter animal nō omni audit ex parte: neqꝫ quouis aer pertransit ⁊ penetrat: quippe cum animatū non habeat aerē vbiqꝫ quo possit quouis sua parte moueri.

¶ Auditus auteꝫ connaturalis est aeri: propter id autem qd̄ in aere est moto exteriori: qd̄ infra mouetur. Propter qd̄ quidem non vbiqꝫ audit animal: neqꝫ vbiqꝫ transit aer. Non enim vbiqꝫ habet aerem mouenda pars ⁊ animatū: sicut pupilla humidum.

¶ Determinat de imutatiōe auditus a sono q̄tū ad ip̄m organū sensus auditus. Et circa hoc tria facit. Pr̄io ostēdit ꝙ aer appropriat̄ organo auditus. Scd̄o oñdit q̄lis sit aer q̄ cōpetit orgāo audit⁹. ibi (Per se q̄dē igit̄.) Tertio oñdit qūo audit⁹ ipedit̄ vel nō ipedit̄ ex ipedimēto organi. ibi (Propter hoc aūt ⁊ aqua.) Dicit ḡ p̄mo ꝙ auditus cōnaturalis est aeri: ita ꝙ sicut humidū aqueū cōuenit instrumēto visus: ita aer ꝯuenit instr̄o auditus. Et hoc iō. q̄ꝛ si attribuat̄ aer instr̄o auditus: sequit̄ ꝙ eadeꝫ passio soni erit in aere exteri⁹ moto: ⁊ in aere q̄ mouetur ītus: ⁊ est instr̄m auditus. Et iō aīal non audit in q̄libet ꝑte sui corꝑis: neqꝫ aer sonās generat sonū siue penetrat quācūqꝫ ꝑtē corꝑis aīati: q̄ꝛ aīatuꝫ nō hꝫ i q̄libet sui ꝑte aerē: vt q̄libet ꝑs eius possit eē mouēda a sono: sicut etiā aīatū hꝫ humidū aqueū: nō vbiqꝫ: sꝫ in q̄dā parte determinata. s. in pupilla. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ipse igitur aer vacat ex se sono: q̄ꝛ facile dispergitur ac dissoluitur. Verum cum prohibetur dissolui:

motio tum ipsius est sonus. At is aer qui in auribus est collocatus: intus est cõditus: vt sit imobilis: atq3 hoc vt exacte sentiat differentias omnes.

T.c.83. ¶ Per se quidem igitur insonabilis aer: ꝑpter id qđ facile cessabilis est. Cu3 vo prohibeatur defluere: huiusmodi motus sonus est. Hic autem est in auribus edificatus: ~~cum hoc ꝙ~~ immobilis sit: quatenus certe sentias omnes differentias motus.

¶ Ostendit q̃lis sit aer q appropriat instr̃o audit⁹. Et dicit ꝙ cũ oẽ hñs sonũ sit aptũ natũ resistere ꝑcutiẽti: manifestũ est ꝙ aer ꝑ se nõ h3 sonũ: eo ꝙ de se nõ est natũ resistere ꝑcutienti: sed facillime cedit. Prohibet̃ enim cessio eius siue defluxus ab aliquo corpore solido. ⁊ iõ cum hoc accidit: motus aeris reddit sonũ. Dictũ est enĩ ꝙ ad generationẽ soni op3 fieri ꝑcussionem duorũ solidorum adinuicem ⁊ ad aerẽ. Sed aer q est ꝯnaturalis auditui (est edificatus). i. firmiter dispositus in auribus cũ hac proprietate ꝙ sit imobilis ad hoc ꝙ animal possit sentire per certitudinẽ oẽs differẽtias mot⁹. Sicut enim humidũ aqueũ qđ est in pupilla caret omni colore: vt possit cognoscere oẽs coloꝝ differentias: ita op3 ꝙ aer q est intra tympanũ auris: careat omni motu ad h̃ ꝙ possit discernere oẽs sonoꝝ differentias. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et propter hoc in aqua etiam audimus: q2 non ingreditur in ipsum insitu3 aerem: nec in aurem ob obliquitatis ipsius aqua. Qđ si acciderit non audim⁹: nec ite3 si egrotauerit ipsa membrana. Quemadmodum etiam non videmus: cum ea pellis egrotat que pupillam complectitur.

¶ Propter hoc autem ⁊ in aqua audimus quoniam non ingredit̃ ad ipsu3 cõnaturalem aerẽ: sed neq3 in aurem propter reflexiones ipsius. Cũ aũt hoc accidat. nõ audit̃. neq3 si miringa sicut que in pupilla pellis laboret.

¶ Oñdit quõ ipediat̃ auditus ex ipedimẽto organi. Ponit aũt duo ipedimẽta ꝫ duo q̃ dixit eẽ necessaria ad organũ audit⁹. Quoꝝ p̃m est ꝙ sit ibi aer. Scđm est ꝙ ille aer sit imobilis. Primũ ḡ impedimẽtũ est ex hoc ꝙ ipse aer corrũpit̃. Et iõ ex predictis manifestũ est: ꝙ in aqua audit⁹ fit: ita dũtaxat ꝙ aq̃ nõ ingrediat̃ ad ipm ꝯnãle3 aerẽ quem dixit edificatũ eẽ in aurib⁹: s3 neq3 ẽt in aurẽ ingrediat̃: qđ possibile est ꝑpter reflexiones q̃ ꝓhibent itroitũ aque in aurẽ. S3 cũ hoc accidit ꝙ aqua. s. igrediatur ad nãlẽ aerẽ: nõ audit aĩal ꝑpter corruptionẽ aeris q est necessarius ad audiendũ. Sicut ẽt si corrũpat̃ humidũ pupille ex imissiõe alicui⁹ extranei: ipedit̃ visio. Et nõ solũ ex corruptione aeris ipedit̃ audit⁹: s3 ẽt (si miringa). i. pellis circũdãs aerẽ: aut aliq̃ ꝑs ꝯiuncta (laboret). i. ifirmet̃: sicut ẽt visio impedit̃ si ipediat̃ pellis pupille: q̃ ꝯtinet humorẽ aqueũ pupille. Quida3 aũt libri hñt ꝙ in aqua nõ audim⁹. Qđ est ꝯtra illud qđ dictũ ẽ ꝙ au-

lib°. 4. ca. 8. dimus in aere ⁊ in aqua: ⁊ ꝯtra illud qđ Phs dicit in lib° de hystorijs aĩaliũ: ꝙ aĩalia audiũt in aqua. L3 enim aq̃ nõ ingrediat̃ ad interiorẽ aerem: tamen põt eum cõmouere: ⁊ sic imprimere in ipsum specie3 soni. ¶ Scđm autem impedimentum auditus ponit ibi.

¶ At enim signum id est audiendi vel non audiendi. Nam auris semper personat peride ac cornu. Semper enim aer insitus motu suo quodam in aurib⁹ agitatur. Uerum ipse sonus alienus est ⁊ non propri⁹. Et propterea veteres vacuo nos inquiũt audire ac personãte: q2 audimus eo qđ determinatũ aerẽ h3.

¶ Sed signũ est audiendi aut non: sonare semper aurem sicut cornu. Semper enim quoda3 proprio motu aer mouet̃ in auribus: sed sonus extraneus ⁊ non proprius. Et propter hoc debent audire vacuo ⁊ sonanti: q2 audimus i habente determinatum aerem. T.c.84

¶ Et hoc ipedimentũ ꝑuenit ex hoc ꝙ aer q est in aurib⁹ nõ est imobilis. vñ dicit ꝙ signũ ꝑ qđ põt discerni vtꝝ aliqs sit boni auditus vel nõ: est ꝙ semꝑ audiat tinnitũ in aurib⁹ ⁊ sonũ: sicut audit̃ cũ apponit̃ cornu ad aures ꝑꝑ motũ aeris in cornu. Cũ enim hoc accidit: hõ nõ ẽ boni auditus: q2 aer in auribus sic audiẽtis tinnitu3: semꝑ mouet̃ quodã ꝓprio motu. Sed ab instr̃o audit⁹ sonus d3 esse extraneus: ⁊ nõ ꝓprius: sicut instrumẽtũ visus recipit extraneũ colorẽ ⁊ nõ h3 ꝓpriũ. Si aũt haberet propriũ: impediret̃ visio. Et siliter si aer q est in aurib⁹ habet propriũ motũ ⁊ sonũ: impedit̃ audit⁹. Quia igit̃ auditus fit per aere3: ꝑꝑ hoc aliq credentes aerẽ esse vacuũ dicũt nos audire vacuo ⁊ sonãti: q2. s. ꝑs qua audim⁹ h3 aerem determinatum id est imobilem ⁊ distinctum ab aere exteriori. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed vtrum horum duorum sonet: verberãs an id qđ verberatur. At constat vtrũq3 sonare: modo autem diuerso. Sonus enim motio est eius qđ eo motu moueri potest: quo mouentur ea q̃ resiliunt a corporibus lenibus cum quispiam percutit. Nec omne quoduis tam verberatum q̃3 verberans sonum efficit: vti diximus. Nõ enim (vt patet) sonus efficitur: si acus feriat acum: sed opus est vt id qđ verberat̃ sit planũ: quo simul aer ide resiliat: totusue ꝯcutiat̃.

¶ Utrum autem sonet verberans: aut qđ verberatur. Aut vtrũq3: modo autem altero. Est enĩ sonus mot⁹ possibilis moueri hoc modo quo quidem saltantia a lenibus cum aliquis truserit. Non igitur sicut dictum est omne sonat qđ verberatur ⁊ verberans: vt si obijciatur ac⁹ acui: sed oportet qđ percutitur regulare eẽ: vt aer subito dissiliat: ⁊ moueatur. T.c.85.

¶ Mouet qõnem circa generationẽ soni: vtꝝ cã actiua soni sit verberans aut qđ verberatur. Et determinat ꝙ vtrũq3 est cã: sed alio ⁊ alio mõ: q2 enĩ ꝯsequit̃ son⁹ motũ: necesse est ꝙ sicut aliqd est cã actiua mot⁹: ita aliqd ẽ cã actiua soni. Generat̃ aũt son⁹ ex motu quo aliqd ꝑcutiẽs ꝑꝑ resistẽtiã ꝑcussi resilit: eo. s. mõ quo (saltãtia). i. resiliẽtia mouent̃ a lenib⁹ ⁊ duris: cũ aliqd (ea traxerit). i. fortiter ipulerit. Manifestũ est igit̃ ꝙ primũ ꝑcutiẽs mouet: ⁊ iteꝝ ꝑcussum: incõtũ facit resilire ꝑcutiẽs: ⁊ sic vtrũq3 est cã actiua mot⁹. Et q2 in gñõne soni necesse est ꝙ quedã resilitio fiat ex resistẽtia ꝑcussi: non oẽ qđ verberat ⁊ verberat̃ sonat: sicut dictũ est prius: puta si obijciatur acus acui. nõ fit sonus. Sed ad hoc ꝙ generet̃ son⁹ op3 hoc qđ percutit̃ esse regulare. i. esse sic dispositum vt aer subito dissiliat ex eius resistẽtia ⁊ moueatur: ⁊ ex tali motu generetur sonus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atqꝫ differentie sonorum actu sono manifeste fie ri solent. Nā vt absqꝫ lumine non videntur colores: sic neqꝫ acutuꝫ graueqꝫ sine sono discernitur.

T.c.86 ¶ Differentie autem sonātium in sono ſm actū ostendūtur. Sicut enim non videnꝰ colores si ne lumine: sic neqꝫ sine sono acutum ⁊ graue.

¶ Determinat de differentijs sonorum. Et circa hoc duo facit. Primo ondit qūo percipianꝰ. Scdo qūo nominen tur. ibi (Hec aūt dicunꝰ.) Dicit ergo prio ꝙ diuerse res sonantes faciunt diuersos sonos. Sed hꝫ differentie so nantiū: ſm ꝙ nate sunt facere diuersos sonos: non mani festanꝰ quādo sonus est in potentia: sed solum quādo so nus est in actu. Sicut enim non videntur colores sine lu mine: sic non percipiunꝰ acutū ⁊ graue in rebus sonati uis nisi fiat sonus in actu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hec autem a tangibilibus translatione dicuntur.

¶ Hec autem dicuntur ſm metaphoraꝫ ab illis que tanguntur.

¶ Ostēdit qūo differētie sonoꝝ nominenꝰ. Et circa hoc quatuor facit. Primo ondit vñ sumanꝰ noīa sonoꝝ: ⁊ di cit ꝙ sumunꝰ ſꝫ metaphorā a q̄litatibꝰ tāgibilibꝰ. Ma nifestū est enī ꝙ acutū ⁊ graue inter qualitates tangibi les computantur. ¶ Secundo ibi.

¶ Acutum nanqꝫ multum in breui tempore sensum mouet: graue vo longo in tempore parum.

¶ Acutū eniꝫ mouet sensum in pauco tempore multum. Graue aūt in multo paucum.

¶ Ponit rōnes nominū. Et dicit ꝙ ille sonus acutus est: q multū mouet sensum auditus in pauco tpe: grauis aūt sonus est q multo tpe mouet parum. ¶ Tertio ibi.

¶ Non igitur idem est acutū ⁊ velox: neqꝫ graue tar dumqꝫ: sed fit alterius quidem motus propter velo citatem talis: alterius aūt talis. ob tarditatem.

¶ Neqꝫ tamen velox est acutum: graue autem tardum. Sed fit hoc quidem propter velocita tem huius motus: illud autē propter tarditatē.

¶ Quia p̄dicte rōnes videnꝰ eē velocis ⁊ tardi: velox enī ē qꝺ i paruo tpe multū mouetꝰ: tardū aūt qꝺ in multo tē pore paꝝ. Ostēdit qualiter se hꝫ acutū ⁊ graue in sonis: ac velox ⁊ tardū in motibꝰ: ⁊ dicit ꝙ velox nō est idē qꝺ acutū: nec graue in sonis est idē qꝺ tardū: sicut nec sonꝰ: cuius differētie sunt graue ⁊ acutū: est idē qꝺ motꝰ: cuiꝰ differētie sunt velox ⁊ tardū. Sed sicut motus est cā so ni: ita velocitas motus est cā soni acuti: ⁊ tarditas motꝰ ē cā soni grauis. Sed hoc intelligēdū est cū sonus cātur ab vno motu: cū aūt causaꝰ ex pluribꝰ motibus: frequentia motuū est cā acuti soni: ⁊ tarditas est cā grauis: vt dicit Boetius i musica. Uñ ⁊ chorda magis tēsa acutiꝰ sonat: q2 ex vna ꝑcussiōe frequētiꝰ mouetꝰ. ¶ Quarto ibi.

¶ Et similia esse videntur acuto atqꝫ obtuso: q̄ sunt in tactu. Nam acutum quidem quasi pungit: obtusuꝫ autem quasi pellit: q2 illud in pauco: hoc in multo tē pore mouet. Quare fit vt illud sit velox: hoc tardū. Atqꝫ de sono quidē determinatū sit hactenus.

¶ Et videntur similitudinē habere circa tactuꝫ cum acuto ⁊ hebeti. Acutum enim quasi pun git: hebes quasi pellit: propter id quod mouet hoc quidem in pauco: illud aūt in multo. Qua re accidit hoc quidem velox: illud autem tardū esse. De sono igitur sic determinatuꝫ sit.

¶ Assimilat differētias sonoꝝ qualitatibꝰ tāgibilibus a qbus nominanꝰ: ⁊ dicit ꝙ ea q̄ sunt circa tactū hñt simi litudinē cū acuto ⁊ hebeti in sonis: q2 acutꝰ sonꝰ q̄si pun git auditū eo ꝙ in pauco tpe mouet ipsum. hebes āt q̄si pellit q2 in multo tempore mouet. Unde vnū eorū acci dit cum velocitate motus: aliud cum tarditate. Ultimo concludit ꝙ sic de sono determinatum sit.

¶ Vox autem sonus quidam est animantis. Nil eniꝫ inanimatorum voceꝫ habet: sed similitudine quadā dicuntur voceꝫ emittere: vt tibia: lyra: ceteraqꝫ iani mata: quecunqꝫ extensionem: concentum: ⁊ locutio nem hñt. Vox enim soni similes esse voci videntur: quia vox ⁊ hec eadem habet.

¶ Vox autem sonus quidā est animati. Inani matorum enim nullum vocat: sed ſm similitu dinem dicitur vocare. vt tibia ⁊ lyra: ⁊ q̄cūqꝫ alia inanimatorum extensionem habent ⁊ me los ⁊ locutionem. Assimilantur enim quia ⁊ vox hec habet. T.c.87

Lect. XVIII.

Postq̄ Phs determiauit de sono: hic determi nat de voce que est spēs soni. Et diuiditꝰ i par tes duas. In quaꝝ pª p̄mittit quedā q̄ sunt ne cessaria ad diffinitionem vocis. In 2ª diffinit vocē. ibi (Quare ꝑcussio.) Circa pᵐ duo facit. Primo ondit quoꝝ sit habere vocē. Scdo quid sit pro priū organū vocis. ibi (Uox aūt sonus.) Circa pᵐ duo fa cit. Primo ondit ꝙ habere vocē est aiatoꝝ. Scdo ondit quoꝝ animatoꝝ. ibi (Multa aūt aīaliū.) Dicit ergo pri mo ꝙ vox est quedā spēs soni: est enim sonus aiati: non aūt quorūlibet: sed quorūdaꝫ: vt post patebit. Nullū aūt inanimatū hꝫ vocem. Et si aliquādo aliqꝺ eoꝝ dicaꝰ ha bere vocem: hoc est ſm similitudinē: sicut tibia ⁊ lyra ⁊ hꝫ instrumenta dicunꝰ habere vocem. Habent eniꝫ tria eoꝝ soni in quibus assimilanꝰ voci. Quorū p̄mū est: ex tēsio. Manifestū est enim ꝙ in corporibus inanimatis ex simplici percussione causatur sonus. vnde cū ꝑcussio statim transeat: sonus etiam cito transit ⁊ nō ꝯtinuatur. Sed vox causaꝰ ex percussione aeris ad vocalē artariā: vt post dicetꝰ: q̄ quidem percussio continuatur ſm appe titum aīe: ⁊ ideo vox extendi pōt ⁊ cōtinuari. Illa igitur instrumēta de quibus dictū est: ex hoc ipso ꝙ habēt quā dā ꝯtinuitatē in suo sono: habēt similitudinē vocis. Se cunduꝫ aūt in quo assimilanꝰ voci est melos. i. ꝯsonātia. Sonus eniꝫ corporis inanimati cum ex simplici ꝑcussio ne ꝓueniat vniformis est non habēs in se diuersitatem grauis ⁊ acuti. vnde in eo nō est ꝯsonātia que ex eoꝝ pro portiōe causatur. Sed vox diuersificaꝰ ſm graue ⁊ acu tum: eo ꝙ ꝑcussio que causat vocē: diuersimode fit ſꝫ ap petitū aīalis vocē emittētis. Uñ cū in p̄dictis instrumē tis distinctio sit grauis ⁊ acuti in sono: eoꝝ sonus est cuꝫ q̄dam melodia ad similitudinē vocis. Tertiū in quo so nus hoꝝ instrumētoꝝ hꝫ similitudinē vocis ē locutio. i. interpretatio sonorum ad similitudinē locutionis. Ma nifestuꝫ est enim ꝙ humana locutio nō est ꝯtinua. vnde ⁊ in libro p̄dicamētoꝝ: oratio que in voce ꝓferꝰ ponitur spēs q̄titatis discrete. Distinguiꝰ enim oratio ꝑ dictio nes: ⁊ dictio ꝑ syllabas: ⁊ hoc accidit ꝑꝑ diuersas ꝑcussio nes aeris ab anima. Et similiter sonus p̄dictoꝝ istrumē toꝝ distinguiꝰ ſm diuersas percussiones: vtpote diuersa rum chordarum: vel diuersorum flatuum: aut aliquorū huiusmodi. ¶ Deinde cum dicit.

i tex. se. — Quidaꝫ soni iaiatoꝝ assimilāt voci i tribꝰ. — T.c.90.

¶ At qui complura sunt animalium que non eliciūt vocem: vt ea que sanguinis expertia sunt. Et eorū que sanguinem habent pisces: atq; id non absq; ratione: siquidem sonus motio quedam aeris est. Sz qui vocez dicūtur emittere vt acheloi fluuij pisces: ij brāchijs sane sonitant: vel aliqua simili parte.

¶ Multa autem animalium vocem non habēt: vt que sunt sine sanguine: ⁊ sanguinem habentium pisces. Et hoc rationabiliter: siquidē motus sonus est. Sed qui dicuntur vocare: vt qui in achelōo: sonant branchijs: aut quodam altero huiusmodi.

¶ Ostēdit quoꝝ aīatoꝝ sit habere vocē: ⁊ dicit q̄ ēt multa animalia sunt q̄ nō hn̄t vocez: sicut oīa carētia sanguine: quoꝝ q̄tuor sunt genera: vt dr̄ in lib° d̄ aīalib⁹. s. molli: q̄ habent mollē carnē exteri⁹: vt pulpi ⁊ sepie: ⁊ aīalia mollis teste: vt cancri: ⁊ animalia dure teste: vt ostree: ⁊ animalia anulosi corporis: vt apes ⁊ formice: ⁊ huiusmodi. Nullū enim hoꝝ hz sanguinem neq; vocē. Et similiter ēt aliqua animalium hn̄tium sanguinem nō habēt vocē. s. pisces. Et h̄ rōnabiliter accidit: q2 sonus est quidam motus aeris vt supra dictū est. Huiusmodi aūt animalia nō respirāt aerē: ⁊ iō nō habēt ꝓpriū sonū qui sit vox. Sed q̄ aliqui pisces dicunt̄ habere vocez: sicut qui sunt in achelōo: qd̄ est ꝓpriū nomē fluuij: nō habēt ꝓpe vocem: sed faciunt quēdam sonū cū brāchijs q̄bus expellunt aquā: ⁊ attrahunt aerem: aut aliquo alio instrumento motus. ¶ Deinde cum dicit.

li.4. de hyst. aīa liū ca.9.

T.c.83.

¶ Vox autem ⁊ sonus est animalis: ⁊ non quauis efficitur sine discrimine parte: sed cum aliquo ꝑcutiente aliquid ⁊ in aliquo qd̄ quidem est aer sonus effici soleat: iure profecto vocem animalium ea solum habebunt que suscipiunt aerem.

T.c.88. ¶ Vox autem sonus animalis est: ⁊ non qualibet parte. Sed quoniam omne sonat verberante aliquo ⁊ aliquid in aliquo. Hoc autē est: aer rationabiliter vtiq; vocabūt hec sola quecūq; suscipiunt aera.

¶ Ostēdit qd̄ sit organū vocis. Et circa hoc tria facit. Primo ōndit q̄ idē est organū vocis ⁊ respiratiōis. Secūdo ostēdit ad quid respiratio sit vtilis. ibi (Jam enim respirato.) Tertio ōndit q̄d sit organū respirationis. ibi (Organum aūt.) ¶ Dicit ḡ p̊ q̄ q̄uis vox sit son⁹ aīalis: nō tn̄ cuiuscunq; partis aīalis sonus est vox. Sed q2 ad generationez soni requirit̄ q̄ sit ꝑcussio alicuius ad aliq̄d ⁊ in aliquo qd̄ est aer: rationabile est q̄ illa sola animata vocem habeant que aerem respirando suscipiunt: ⁊ ex eadē parte vnde respirant. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Jam enim ipsa natura vt ad gustum ⁊ locutionez vtitur lingua: quorum gustus quidem necessariū ē: quapropter pluribus inest: interpretatio v̊o est gratia boni: sic ⁊ aere qui respiratiōe trahitur: ad duas vtitur operationes: ad internum inquam disponendum calorem: qd̄ quidem est necessarium: ⁊ causam in alijs explicabim⁹: ⁊ ad vocē ēt ꝯficiēdā ob bonū.

¶ Jam eniz aere respirato vtitur natura in duo opera: sicut lingua: ⁊ in gustum ⁊ locutionez. Quorum quidez gustus necessarius est: vnde ⁊ pluribus inest. Interpretatio autem est propter bene esse. Sic ⁊ spiritu ⁊ ad calorem interiorem tāq; necessarium: causa autē in alijs dicta est: ⁊ ad vocem: vt sit qd̄ bene.

¶ Dicit q̄ natura vtit̄ aere respirato ad duo opa: sicut ēt vtit̄ lingua ad gustū: ⁊ ad locutionē: quoꝝ duoꝝ gustus est necessarius: est enim discretiuus alimēti ꝯueniētis q̄ ꝯseruat̄ animal: ⁊ propter hoc plurib⁹ animalibus īest. Sed īterpretatio q̄ fit ꝑ locutionē est ad bene esse. Et similiter aere respirato natura vtit̄ ad mitigationē caloris naturalis: qd̄ est necessariū: ⁊ huius cā dicta est in li° de respiratione ⁊ expiratione: ⁊ vtitur aere respirato ad formationē vocis: qd̄ est ad bene eē. ¶ Deide cū dicit.

¶ Instrumentum autem respirandi fauces sunt: pulmoq; id est gratia cujus est ista pars. Nam ea q̄ gradiuntur hac in parte plus habent caloris: q̄ȝ cetera. Is preterea locus qui circa cor est: primus respiratione nimirum eget. Idcirco necessarium est aerem ingredi respiratione attractum.

¶ Organum autem respirationis: vocalis artaria est. Cuius autem causa hec pars est pulmo. Hac enim parte plus habent calore pedib⁹ gradientia alijs. Indiget autem respiratione ⁊ circa cor locus primus. Unde necesse est interius respirante ingredi aerez. T.c.89.

¶ Ostēdit qd̄ sit organū respiratiōis: ⁊ dicit q̄ organum respiratiōis est vocalis artaria: q̄ est ordinata ad pulmonē: vt ei deseruiat per aeris attractionē. Aer eniz necesse est vt recipiat̄ in pulmone: q2 aīalia gressiua hn̄t in hac ꝑte plus de calore q̄ȝ in alijs partib⁹. Pulmo enim ꝯiungit̄ cordi: in quo est principiū caloris naturalis: ⁊ iō loc⁹ q̄ est circa cor indiget respiratiōe ad refrigeriuz caloris naturalis. Dicit aūt (locus prim⁹:) vel q2 est prim⁹ post cor pulmo: vtpote ei vicinior: vel q2 cor est prima ꝑs aīalis: ⁊ q̄tuz ad generationē: ⁊ q̄tuz ad causalitatē motus. ⁊ ꝑꝑ hoc necesse est vt aer ingrediat̄ ad pulmonē ad refrigeriū caloris naturalis cordis. Uel hoc qd̄ dicit q2 (in hac parte aīalia pedibus gradientia habent plus caloris alijs) intelligendū est alijs aīalibus. Manifestū est eniz q̄ aīalia habētia sanguinem habent plus de calore nāli, carētib⁹ sanguine. Et in genere hn̄tiū sanguinem: hn̄t pisces minus de calore nāli. Et ꝑꝑ h̄ aīalia carētia sanguine. ⁊ pisces: nō respirāt: vt supra dictū ē. ¶ Deide cū dic. T.c.90.

¶ Quare vox est ictus aeris respiratione attracti: q̄ quidez ab anima fit: ea que his in partibus collocatur ad eam partem que gurgulio appellatur. T.c.91.

¶ Quare ꝑcussio respirati aeris ab anima q̄ est in his ꝑtibus ad vocalem artariam vox est. T.c.92.

¶ Ex premissis vocis diffinitionem ꝯcludit. Et circa hoc duo facit. Primo ponit diffinitionē vocis. Scd̄o manifestat eā. ibi (Nō eni oīs.) Dicit ergo primo q̄ q2 vox est sonus animati: ⁊ ex illa ꝑte qua aerem respirat. omnis āt sonus est ex aliqua ꝑcussiōe aeris: sequit̄ q̄ vox sit respirati ꝑcussio aeris ad artariā vocalē: q̄ q̄dē ꝑcussio fit ab anima que est in his ꝑtibus. i. ꝑ̄ncipaliter in corde. Quāuis enim anima sit in toto corpore vt est forma aīalis: tn̄ vis eius motiua est principaliter in corde. Dat̄ autē hec diffinitio ꝑ cām. Non enim vox est percussio: sed sonus ex ꝑcussione causatus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non

¶ Nō eñi omnis quiuis animalis sonus vox est: vti diximus: fit enim vt ⁊ lingua sonus efficiat: ⁊ etiam vt tussientes efficiunt vocem spirantē aut respirantem: sed aerem detinentē: sed oportet ⁊ animatū sit id qđ verberat: ⁊ aliqua cū imaginatione. Vox eniꝫ sonus quidē est significatiuus: ⁊ nō aeris ei⁹ qui respiratione trahitur: vti tussis: sed hoc ferit aereꝫ eū qui est in gurgulione ad ipsum.

¶ Non eniꝫ omnis aialis sonus vox est. sicut diximus. Est eniꝫ ⁊ lingua sonare ⁊ sicut tussientes. Sed opꝫ animatū verberans ⁊ cum imaginatione aliqua. Significatiuū enim qdā sonus est vox ⁊ nō respirati aeris: sicut tussis: sed isto verberat eum qui est in artaria ad ipsam.

¶ Cõcludit quoddã qđ valet ad manifestationeꝫ prime q̃õnis: ⁊ dicit ꝙ q2 caro est sicut medium ꝯnaturale ĩ sensu tactus: videt̃ ꝙ hec pars corporis sic se habeat ad sensum tactus: sicut si aer qui est circa nos esset ꝯnaturalis nobis. Uideretur enim tũc ꝙ aer ille esset organũ in visu: auditu: ⁊ olfatu: cuius sit mediũ: ⁊ ita videremur vno organo sentire sonũ: ⁊ odorẽ ⁊ colorem: ⁊ ꝑ ꝯsequẽs videretur esse vnus sensus auditus: visus: ⁊ olfatus. Sed nũc q2 mediũ per qđ fiunt motus dictoꝝ sensibiliũ ẽ (determinatũ). i. distinctum a nobis: manifestum est ꝙ nõ est organũ. Et itẽ manifestũ est. ꝙ diuersa sunt organa triuꝫ sensuum dictoruꝫ: ⁊ per ꝯsequens ꝙ sunt diuersi sensus. Sed in tactu hoc nõ est manifestũ: q2 mediuꝫ est ꝯnaturale nobis. Et huius diuersitatis rationem assignat. Aer enim ⁊ aqua que sunt media alioꝝ sensuum: nõ pñt esse ꝯnaturalia nobis: q2 impossibile est ꝙ ex aere puro ⁊ ex aqua pura consistat aĩatũ corpus. Cuꝫ enim sint corpora humida ⁊ fluxibilia nõ sunt firma neqꝫ bene terminabilia in seipsis. sed solũ termino alieno. Corpus autem aĩatum oportet esse firmũ ⁊ in se terminatuꝫ. vnde oportet ꝙ sit mixtuꝫ ex terra ⁊ aere ⁊ aqua: sicut vult se habere id est sicut exigit caro in aĩalibus habentibus carnem: ⁊ illud qđ ꝓportionabile est in aĩalibus non habentib⁹ carnem. Et sic illud corpus qđ est mediũ in tactu. s. caro: potest eẽ adunatũ id est naturaliter vnitũ tactui: ita ꝙ per ipsum sicut per medium cõnaturale: fiant plures sensus tactus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Indicat autem plures esse: tact⁹ isce qui in lingua cosistit. Nam eadeꝫ in parte ⁊ omnes res tangibiles: ⁊ saporem etiam sentit. Si igitur ⁊ cetere partes carnis sentirent saporem: vnus ideꝫqꝫ tunc sensus videretur: esse profecto gustus ⁊ tactus. Nunc autem q2 nõ fit ꝯuersio: duo diuersi sensus eẽ cẽsentur.

¶ Demonstrat autem ꝙ plures sint qui in ligua tactus. Omnia enim tangibilia sentit ẜm eandem partem ⁊ humorem. Siquidem igitur ⁊ T.c.112

alia caro sentiret humorē: videret̄ vn⁹ ⁊ idē eē sensus: gustus ⁊ tactus. Nunc autē sunt duo: propter id qđ non conuertitur.

¶ Ponit quoddā aliud ad idē māifestādū: ⁊ dicit ꝙ hoc idē demonstrat̄ per hoc ꝙ in lingua fiunt plures tactus. Sentimus enim per linguā oīa tangibilia: que sentim⁹ per alias partes corporis. ⁊ vlterius per ipsam sentimus (humorē). i. saporem quē nō sentimus per aliquā aliā partem corporis. Si aūt alia caro sentiret saporem: non discerneremus inter gustū ⁊ tactum: sicut nūc non discernimus inter tactum qui est discretiuus calidi ⁊ frigidi ⁊ tactum qui est discretiuus humidi ⁊ sicci. Sed nunc apparet ꝙ gustus ⁊ tactus sint duo sensus. q̄ nō ꝯuertunt̄ inuicem. non enim per q̄cūq; partē fit sensus tactus fit ⁊ gustus. Ratio aūt quare non per quācunq; partem fit gustus per quā fit tactus est: q̄ sapores non sunt qualitates elemētoꝝ. ex quib⁹ corpus aīalis cōstat. vnde nec ptinent ad ꝯsistentiā aīalis: sicut qualitates tangibiles. T.c.iij. Nota

¶ At vo dubitabit hoc loco nō iniuria quispiā. Nā si corpus qdem omne profunditatē habet: atq; hec est tertia magnitudo: fieri vo neqt: vt ea corpora sese mutuo tangāt: inter que corpus aliqđ medium intercedit: humidumq; nō est sine corpore nec humectatum: sed necesse est vel aquā esse vel aquā habere: qui fieri potest: vt corpus tangat corpus in aquā. Etenim necesse est cum extrema nō sint sicca: in medio aquam esse: qua repleta sunt ipsa extrema. Qđ si hoc est veꝝ: fieri profecto nō potest: vt corporū tactus fiat in aqua. Eodē etiam modo de ijs dici potest: que in aere collocātur. Simili nāq; modo sese habet aer ad ea que sunt in ipso: ⁊ aqua ad ea q̄ sunt in ipsa. Latet aūt nos magis in hisce: que ī aere collocant̄: q̄ in animalibus: que sunt in aqua: si humectatum: humectatum tangit.

¶ Dubitabit autē aliquis: si omne corpus profundum habet. T.c.iij. ¶ Hec autem est tertia. Quorum autem corporum mediū est aliquod corpus: non contingit ipsa adinuicem se tangere. Humidum autē non est sine corpore neq; humectatum: sed necesse est aquam esse aut habere aquam. Que vo tanguntur adinuicem in aq̄ nisi sicca extrema sint: necesse est aquam habere medium: quo repleta sint vltima. Si autē hoc verum: impossibile est tangere aliquid aliud in aqua. Eodem autē modo est ⁊ in aere. Similiter enim se habet aer ad ea que sunt in ipso: ⁊ aqua ad ea que sunt in aqua. Latet autē magis nos: sicut ⁊ que sunt in aqua aīalia: si humectatum tangit humectatum. Lec. XXIII.



Ostenso ꝙ in sensu tactus requiritur mediū ꝯnāle: h̄ ingrit Phs vtꝝ regrat̄ in eo mediū extraneū. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit ꝙ tact⁹ nō fit sine medio extraneo. Scđo ondit in quo differāt tactus ⁊ gustus ab alijs sensibus q per mediū extraneū sentiunt. ibi (Utrū igitur.) Dicit ergo pmo ꝙ circa tactum pōt aliqs dubitare vtꝝ. s. habeat medium extraneū: cū ostēsū sit ꝙ habeat mediū ꝯnāle. Et ista dubitatio pcedit si oē corp⁹ h₃ pfūdū qđ est tertia dimēsio. Manifestū est enim oē corpus tres dimēsiones habere. s. lōgitudinē: latitudinē: ⁊ pfunditatē. Ex quo sequit̄ ꝙ inter q̄cūq; corpora est aliquod corpus mediū. ipsa nō tāgūt se inuicē imediate. Distant enim abiuicē ex quo aliq̄ dimēsio ē iter ea: manifestū ē etiā ꝙ vbicūq; ē mediū humidū vel humectatū: opꝫ eē aliqđ corpus. Humiditas enim cū sit qualitas q̄dā: non est nisi in sbiecto corpe. Aut igit̄ iest alteri corpori ſm se ipsum: ⁊ tunc est humidū sicut aq̄: aut h₃ humiditatē ſ₃ aliqđ corpus sibi aduenies: ⁊ sic dr̄ humectatū ex hoc ꝙ h₃ aquā in superficie tm̄: vel in supficie ⁊ pfundo. Et h̄ est qđ dicit ꝙ necesse est oē corpus humidū vl' humectatū eē aquā: aut habere aquā. Manifestū est aūt ꝙ corpora q̄ tangunt̄ in aqua adinuicē necesse est ꝙ habeant inter se aquā mediū: qua repleta sunt vltima eoꝝ: nisi forte dicat̄ ꝙ sint sicca in aqua existentia: qđ est impossibile. Necesse est enim ꝙ ea que in aqua sunt. sint humectata: ita ꝙ habeant aquam in supficie: ⁊ sic relinquit̄ ꝙ inter duo tangentia se in aqua sit aqua mediū. Et si hoc verum est. sequit̄ ꝙ ipossibile sit ꝙ aliqđ corp⁹ tāgat aliud in aqua imediate. Et sil'r eodē mō se h₃ đ aere q ē humidus nāl'r: sicut ⁊ aqua. Sil'r eni se h₃ aer ad humectanda ea que sunt in aere: sicut se h₃ aqua ad humectanda ea q̄ sunt in aqua. Sed magis latet nos de aere ꝙ sit mediū q̄ de aqua: pp' h̄ ꝙ cōtinue sumus in aere: ⁊ sic impceptibil'r iheret nobis. Et similiter aīalia q̄ sunt in aqua latet si duo corpora humectata per aquā se tāgāt. q̄ enim cōtinue sunt in aqua nō pcipiunt aquā q̄ est iter ipsa ⁊ corpora tāgētia. Est aūt ⁊ alia rō: q̄re magis latet nos de aere q̄ de aq̄: q̄ aer est subtilior: ⁊ minus sensu perceptibilis. Relinqt̄ ergo ꝙ semp qñ tāgimus aliqd est mediū iter nos ⁊ res cōtactas aer vel aqua. ¶ Sed dubitatio h̄ accidit. Opꝫ enim illud qđ est mediū in aliquo sensu esse denudatū a q̄litatib⁹ sensibilibus ſm illū sensum: sicut diaphanū nullū h₃ colorē. manifestū est autē ꝙ aer ⁊ aq̄ hn̄t tāgibiles q̄litates: nō igit̄ mediātib⁹ eis pt fieri sensus tactus. Rn̄det aūt ad hoc Auerrois: ꝙ nos non patimur a puro aere vel aqua. Nihil enim patit̄ nisi a suo ꝯ̄rio ſm pncipiū passiōis. aer aūt ⁊ aqua nō ꝯ̄riant̄ nobis: sed sunt nobis sil'ia. cōpant̄ eniꝫ ad nos sicut locus ad locatum: vnde tact⁹ noster nō patit̄ a qualitatibus aeris vl' aque: s₃ ab extraneis q̄litatib⁹. Qđ enim sentit̄ de qualitatib⁹ tangibilib⁹ in aere ⁊ in aq̄ est de ammixtione extraneoꝝ corpoꝝ. vt ipse dicit: q̄ sicut ignis nunq̄ amittit calorē suū: ita nec aq̄ amittit suā q̄litatē. S₃ ꝙ aliqñ sentimus calidā. h̄ est ex pmixtione extranei. ¶ In hac aūt respōsione est multiplex error. Primo qdē ī hoc qđ dicit ꝙ corpora nostra nō patiunt̄ ab aere vel aq̄: q̄ sūt similia nobis. sicut locus locato. Manifestū est enim ꝙ corpora nostra sortiunt̄ locū nālē sicut ⁊ motū naturalē ex natura elemēti predominātis. Nō ergo aliter cōparātur ad locū ⁊ ad corpora ꝯtinētia corpa nostra: q̄ ipsa elemēta locata ad elemēta locātia. Elemēta aūt in suis extremitatib⁹ se alterāt: vt pꝫ per Phum in pmo metheo. corpus ergo nostrū ab elemētis natū est alterari. Itē Oē qđ est in potentia: natū est pati ab eo qđ est in actu. Corpora aūt nostra cū sint in quadā medietate ꝯstituta iter extremitates tāgibilium q̄litatū que sunt in elementis: hn̄t se ad qualitates elementares: vt potentia ad actum. Mediū enim est in potētia ad extrema: vt infra dicetur. Manifestū est igitur ꝙ corpora nostra nata sunt imutari a q̄litatib⁹ el'toꝝ ⁊ sentire eas. Prouenit g̊ h̄ error ex eo ꝙ nesciuit distinguere inter elementa ſm ꝙ sunt sibi inuicem ꝯtraria: ⁊ ſm ꝙ sunt se ꝯtinētia ⁊ sibi similia vt

Dubitatio

Rn̄sio Auero.

Impu. Rn̄sio Auero.

Lec. 2ᵉ

T.c.i9.

locus locato. ¶ Dicēdū ē igit̄ ꝙ elemēta possunt dupliciter ꝯsiderari. Uno modo ſꝫ q̄litates actiuas ⁊ passiuas: ⁊ sic contrariantur adinuicem: ⁊ se inuicem immutāt in suis extremis. Alio modo ſm formas substātiales q̄s cōsequūt̄ ex ipressione corporis celestis. Uñ q̄to corp⁹ elementale est ꝓpingus corpori celesti: tāto plus hꝫ de forma. Et q₂ ad formā ptinet ꝯtinere: ⁊ ꝙ se habeat in rōne toti⁹: inde est ꝙ corpus superius ꝯtinet inferi⁹: ⁊ cōparat̄ ad ipsum sicut totū ad partem diuisaꝫ: que est comparatio loci ad locatū. Unde ⁊ vis locātis ⁊ cōtinētis deriuatur ad elementa ex primo cōtinenti. s. corpore celesti. Et propter hoc locus ⁊ motus localis non attribuūt̄ elemētis ſm qualitates actiuas ⁊ passiuas: sed cōsequūtur formas substantiales elementoꝝ. ¶ Alius error est in hoc

Ali⁹ error auerrois. qđ dicit ꝙ aqua ⁊ aer non alterātur nisi per āmixtioneꝫ extranei. Manifestū est enim ꝙ aer ⁊ aqua ſm partem sunt corruptibilia. Corruptio aūt ⁊ generatio in elementis pōt fieri sine mixtione: ⁊ seqtur alterationē: vt patet

li. 2. t. c. 24. ⁊ iñ in li° de generatione. Unde manifestū est ꝙ adhuc durante specie aq̄ pōt imutari aq̄ a sua nāli q̄litate absq₃ ammixtione extranei. Ignis aūt cō sit formalior est magis actiuus inter elementa. q̄ omnia cōparātur ad ipsum si-

Le. 2. t. t. 5. cut māli a. vt dicitur in. 4. metheo. Unde non est simile de ipso ⁊ de alijs. ¶ Dōm est igit̄ ꝙ q₂ aer ⁊ aqua sunt facile mutabilia ab extraneis qualitatib⁹: ⁊ p̄cipue quādo sunt modice quātitatis: sicut accidit in aq̄ vel aere q̄ sunt iter alia duo corpora se tāgentia. Propter hoc nō impedit̄ sensus tact⁹ quin ꝑ mediū aerē ⁊ aquā fieri possit. Et minus etiā impedit aer q̄ꝫ aqua: q₂ aer hꝫ q̄litates tāgibiles parum sensibiles. Unde si intendantur q̄litates tangibiles aeris vel aq̄. magis impeditur tactus: vtpote cū aer vel aqua intensam frigiditatem vel caliditatem habuerint. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Utrum igitur omnium simili mō sit sensus: an sensuum quidam: vt nunc videtur eodem: quidam diuerso modo obiecta sua percipiant. Gustus quidem ⁊ tactus tāgendo: ceteri autem eminus. At id profecto non ita est: sed durum etiam ⁊ molle per alia plane sentimus. Quemadmodum ⁊ id qđ sonat ⁊ visibile ac odorabile. Uerum hec quidem eminus: illa vō cominus sentiuntur. Quapropter latet si per mediū illa percipiantur. Nam sensibilia cūcta per medium sentiunt̄: sed in illis idipsum latet vt diximus. Etenī vō si per subtilem pellem: vt prius etiam est dictuꝫ: positam circa carnem sentiremus omnia tangibilia idipsum nō animaduertētes: sic nos tum vtiq₃ sentiremus vt nunc in aere sentimus ⁊ aqua. Nunc enim videmur res ipās tāgibiles tāgē: ⁊ nullū mediū eē.

T. c. ii4 ¶ Utrum igitur omniuꝫ similiter sit sensus: an aliorum aliter: sicut nunc videtur gustus quidē ⁊ tactus in tangendo: alij autem a longe. Hoc autem non est: sed duruꝫ ⁊ molle per altera sentimus: sicut ⁊ sonabile ⁊ visibile ⁊ odorabile. Sed alia quidem a lōge: alia vō a prope. Propter qđ latet: quoniam omnia quidem sentim⁹ per medium: sed in his latet. Et quideꝫ sicut diximus prius: ⁊ si per pellem sentiremus oīa tāgibilia ignorato qm̄ ꝓhibet: similiter vtiq₃ haberemus sicut ⁊ nunc ⁊ in aq̄ ⁊ in acre. Putamus. n. nūc ipsa tāgere: ⁊ nihil eē ꝑ medium.

¶ Ostēdit dr̄iaꝫ iter tactū ⁊ gustū: ⁊ alios sensus. Et prio excludit quādā dr̄iam extimatā. Scđo ponit dr̄iaꝫ verā ibi (Sed differet.) Dicit ergo p̄ ꝙ ex quo tactus habet me^m extraneum ꝯsiderandū est. vtꝝ oiuꝫ sensibiliū fiat sil'r sensus: aut diuersoꝝ diuersimode sicut in prōptu vī-

T. c. ii6 hic esse dr̄ia ꝙ gustus ⁊ tactus sentiāt ex eo ꝙ imediate tāgant. alij aūt sensus sentiāt de lōge sua sensibilia non tāgēdo ipsa. Sed h̄ nō est veꝝ ꝙ sic differant: sed duꝝ ⁊ molle ⁊ alias q̄litates tangibiles sentimus (ꝑ altera). i. ꝑ media extranea. sicut ⁊ obiecta alioꝝ sensuuꝫ: sicut sonabile visibile ⁊ odorabile. Sed ista sensibilia sunt a lōge q̄nq₃ a sensu. gustabilia aūt ⁊ tāgibilia sunt de prope. intantū ꝙ mediū est q̄si impceptibile ꝓꝑ paruitatē: ⁊ iō mediū latet. Oīa enim sensibilia sentimus per medium ex̄neū: sꝫ i gustabilib⁹ ⁊ tāgibilib⁹ latet: q₂ sicut ꝑus diximus si ꝑ aliquā pellē nobis circūpositā omnia tangibilia sentiremus ignorato ꝙ aliquid esset prohibens: similiter nos haberemus ad sentiendum per medium: sicut ⁊ nunc nos habemus sentiētes in aqua ⁊ in aere. Putam⁹ enīꝫ nunc ꝙ tangamus sensibilia ipsa ⁊ nihil sit mediū. ¶ Deinde cum dicit

¶ Interest autem inter tangibile: ⁊ ea que sonant: ⁊ visibilia. Nā hec quideꝫ sentimus: medio in nos aliquid agente. At tangibilia sentimus nō a medio: sꝫ vna cum ipso medio moti: vti fit cum quispiam per clipeum est percussus. Non enim percussus clipe⁹ percussit: sed fit vt ambo sint simul percussi: clipe⁹ atq₃ miles.

Te. c. iii ¶ Sed differt tāgibile a visibilib⁹ ⁊ sonatiuis: quoniam illa quidem sentimus ex eo ꝙ mediū mouet aliquid nos: tangibilia vō nō a medio: sed simul cum medio: sicut per clipeū percussus. Non enīꝫ clipe⁹ ꝑcussus pri⁹ ꝑcussit: sed simul accidit vtraq₃ percuti.

¶ Exclusa falsa dr̄ia ponit verā. ⁊ dicit ꝙ tāgibilia differūt a visibilibus ⁊ sonatiuis ex eo ꝙ illa sensibilia sentimus per h̄ ꝙ mouēt mediū: ⁊ iteꝝ mediū mouet nos: sꝫ tāgibilia sentimus per mediū extraneū non quasi moti a medio extraneo: sed simul cū me° mouemur a sensibili. Sicut pꝫ de eo q percutit̄ per clipeū. Nō enīꝫ accidit sic ꝙ clipe⁹ percussus ꝑcutiat: sꝫ q₂ simul accidit vtrūq₃ percuti. ¶ Or aūt h̄ dr̄ (simul) non est intelligenduꝫ ſm ordinē tp̄is tm̄: q₂ ēt in visu simul mouet̄ mediū ab obiecto: ⁊ sensus a me°. fit enim visio sine successione. Perceptio aūt soni ⁊ odoris cum successione aliqua vt in li° de sensu ⁊ sensato dicit̄. Sed hoc referēdū est ad ordinem cāe. In alijs enim sensibus imutatio medij est cā ꝙ immutetur sensus: nō aūt in tactu. Nā in alijs sensibus me^m est

T. c. ii7 ex necessitate: in tactu aūt q̄si ꝑ accn̄s inq̄ꝫtū accidit corpora se tāgētia eē humectata. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Omnino autem vt aer ⁊ aqua sese habent ad visuꝫ ⁊ auditum: atq₃ olfatū: sic caro ac lingua sese ad huius instrumentum sensus habere videntur. Atq₃ nec sibi profecto: nec hic perceptio sensus fiet: cuꝫ instrumēto sensus a re sensibili tangitur: vt si quispiam super extremum oculi corpus posuerit album. Ex quo

T. c. ii8 etiā plane patet instr̄m sensus ipsius quo res percipiuntur tangibiles intus esse collocatū vt diximus. Sic enim ⁊ hoc sensus fiet: id porro qđ i ceteris sen

sibus fieri solet. Sensibiliũ eni si in ipsis istrumẽtis ponantur sensuũ: nõ fit (vt patet) ꝑceptio. At si supꝑ carne ponaẽ tãgibile: fit: vt docet expꝑientia sensus. Quare sine dubio ipsa caro medium est in tactu.

T.c.ii6. ❡ Omnino autem videtur caro ⁊ lingua: sicut aqua ⁊ aer ad visum ⁊ auditum ⁊ olfatũ se habent sic se habere ad sensitiuum sicut illorũ vnũ quodq̧. Ipso aũt sensitiuo tacto neq̧ ibi neq̧ hic fiet vtiq̧ sensus: vt si quis ponat corpus album in oculum vltimuz. Quare ⁊ manifestũ ꝙ intus sit tangibilis sensitiuum: sic enim vtiq̧ accidit ꝙ quidem in alijs. Apposita enim supꝑ sensitiuum non sentiunt: Super autem carnez posita sentiunt quare medium tactui caro.

❡ Determinat de sensu tactus ẜm v̓itatẽ. Et p̄mo q̃tum ad me^m. Scd̄o q̃tũ ad q̃litatẽ organi. ibi (Tãgibiles q̧dez.) Tertio q̃tũ ad obiectũ qd̓ ꝑcipiẽ sensu. ibi (Amp̄. aũt.) Dicit ergo p̊ ꝙ ita videtur se habere caro ⁊ lingua ad organũ sensus tactus: sicut se hñt aer ⁊ aq̃ ad organũ visus auditus ⁊ olfatus. In nullo enim istoruz sensuum põt fieri sensus si tangaẽ organũ. vt si quis ponat aliqd̓ corp⁹ albũ ĩ supꝑficie oculi nõ vr̃. Uñ mãifestũ ẽ ꝙ organũ sensitiuũ in sensu tactus sit intus. Sic eniz accidit in hoc sensu sicut ⁊ in alijs. Nõ enim sentiũt aĩalia sensibilia apposita super organũ sensus. Sentiũt aũt sensibilia posita super carnẽ: q̃re manifestũ est ꝙ caro non est organum sensus: sed medium. ❡ Deinde cum dicit.

❡ At qui ea tactu ꝑcipiũẽ q̃ corporis sunt: vt corpus est differẽtie. Dico aũt differẽtias eas q̃ rerũ elemẽta distinguũt: calidũ: frigidũ: siccũ: ac humidũ: de q̧bus antea diximꝰ ĳs in locis: in q̧bus de elementis ipsis tractauimus. Instrumẽtũ aũt id quo dicte q̃litates sentiũẽ: ⁊ ĩ quo primo sensus is collocaẽ: quez appellare ꝯsueuimus tactũ: ꝑs ea sane est q̃ est potẽtia talis. Sentire nãq̧ pati quoddam ẽ: vt diximus. Quare id qd̓ agit: tale illud facit: cũ sit potẽtia: quale ẽ ipsuz actu. Quocirca simile calidũ atq̧ frigidũ: ⁊ durũ ac molle nõ sentimus. Sed exuꝑatiões: quia sensus est quasi mediocritas quedã ꝯtrarietatis: eis que ĩ ipsis sensibilibꝰ inest. Et ꝑꝑ hoc sensibilia ipsa discernit. Nam mediũ ipsuz extremoꝝ ẽ iudex: fit. n. ad vtrũq̧ ipsoꝝ alteꝝ extremoꝝ. Atq̧ vt id qd̓ albũ, nigrũq̧ ꝑcepturũ ẽ sensu neutruz ipsoꝝ actu: sed potẽtia sit vtrũq̧ oportet: ⁊ in ceteris eodẽ mõ: sic ⁊ in tactu neq̧ calidũ: neq̧ frigidũ id actu sit oportet: sed vtrũq̧ potẽtia: qd̓ vtrũq̧ est ꝑceptuꝝ.

T.c.ii7 ❡ Tangibiles quidẽ igitur sunt differentie corporis ẜm ꝙ corpus. Dico autẽ differẽtias quibus elementa determinãt calidũ frigidũ: humidum: siccum: de quibus prius dictum est ĩ his que de elemẽtis. Sensitiuum autem ipsarum qd̓ tactiuum: ⁊ in quo sensus vocatus tactus ẽ

T.c.ii8 primo: ꝙ potẽtia huiusmodi pars est. ❡ Sentire enim pati quoddam est. Quare faciens q̃le ipsum actu huiusmodi illud facit cum sit potentia. Unde similiter calidũ ⁊ frigidũ aut durum ⁊ molle non sentimus: sed excellentias tanquã sensu velut medietate quadã existẽte eius que in sensibilibus contrarietatis. Et propter hoc discernũt sensitiua sensibilia: mediũ enim discretiuũ est. Fit enim ad vtrũq̧ ipsorũ alteꝝ vltimorũ. ❡ Et oportet sicut debẽs sentire al- T.c.ii9.
bum ⁊ nigrũ neutrũ ipsoꝝ debere esse actu: potẽtia ꝟo vtrũq̧: sic autem ⁊ in alijs: ⁊ in tactu neq̧ calidum neq̧ frigidum.

❡ Ostñdit q̃le sit organũ tactꝰ. ⁊ dicit ꝙ tãgibiles qualitates sunt dr̃ie corꝑis ẜm ꝙ est corpus. i. dr̃ie q̧bus elemẽta distinguũẽ abinuicẽ. s. cali. frigi. humi. ⁊ sic. de quibus dictũ est in his que sunt de elemẽtis: id est in li° de gene- Li.2°.t.
ratione ⁊ corruptione. Manifestũ est aũt ꝙ organuz ta- c.8.⁊ iñ.
ctus ⁊ in quo primo fundatur sensus qui dicíẽ tactus: est quedam pars que est in potẽtia ad huiusmodi q̃litates. Organũ enĩ sensus patiẽ a sensibili: q2 sentire est pati qd̓dã: vnde sensibile qd̓ est agens: facit ipsuz esse tale ĩ actu quale est sensibile: cũ sit in potẽtia ad hoc. Et propter h̄ organũ tactus nõ sentit illã qualitatẽ ẜz quã est in actu. Nõ enim sentimus id qd̓ est calidũ aut frigidũ: durum: aut molle: ẜm illuz modũ quo hec insunt organo tactus: sed sentimus excellẽtias tãgibiliũ: q̃si organo tactus cõstituto in aliqua medietate inter cõtrarias tangibiles q̃litates. Et propter hoc organũ tactus discernit extrema tangibiliũ. mediũ enim est discretiuũ extremoꝝ. potest enim pati ab vtroq̧ extremorũ eo ꝙ dũ comparatur ad vnũ: se h3 in rõne alterius: sicut tepidũ in cõparatiõe ad calidũ est frigidũ. In cõparatiõe ad frigidũ est calidu3. vnde mediũ patitur ab vtroq̧ extremoꝝ: cuz sit quodã mõ vtriq̧ cõtrariũ. Et oportet ꝙ sicut organũ qd̓ debet sentire album ⁊ nigrũ: neutrum ipsorum habet actu. sed vtrũq̧ in potẽtia: ⁊ eodẽ modo in alijs sensibus: sic etiaz se habeat in sensu tactꝰ: vt. s. organũ neq̧ sit calidũ neq̧ frigidum actu: sed potentia vtrũq̧. Aliter tamen accidit hoc circa tactum: ⁊ circa alios sensus. Nã in visu organũ visus est in potentia ad albũ ⁊ nigrũ denudatũ a toto genere albi ⁊ nigri. est enim penitus carens colore. Sed organũ ⁊ medium tactus nõ potest denudari a toto genere calidi ⁊ frigidi humidi ⁊ sicci: componiẽ enim ex elemẽtis quoꝝ he sunt ꝓprie q̃litates. Sed sic fit in potentia organũ tactus ad sua obiecta inq̃tũ est me^m inter ꝯ̃ria. Me^m enim est in potẽtia ad extrema. Et propter hoc quãto aĩal habet complexionẽ magis reductam ad mediũ: tãto habet meliorẽ tactũ. Uñ homo inter oĩa aĩalia est melioris tactꝰ: vt supra dictũ est. ❡ Deinde cũ dicit. T.c.94

❡ Preterea vt visus visibilis ac iuisibilis quodãmõ ⁊ in li. d̓
ẽ: vti diximꝰ: ceteriq̧ sensus oppositoꝝ silr̃: sic ẽt est sensu ⁊
tãgibilis ac itãgibilis tactꝰ. Intãgibile ãt ẽ ẽt id qd̓ sensato.
exiguã admodũ differẽtiã tãgibiliũ h3 quale passus Lec. 8.
est aer: ⁊ exuperationes etiam tangibiliũ: qualia sũt ea que corrumpere possunt. De sensuuz igitur vnoquoq̧ dictũ sit hoc modo quasi figura.

❡ Amplius autem sicut visibilis ⁊ inuisibilis T.c.i2o
erat quodãmodo visus: similiter autem ⁊ reliqui oppositorum: sic ⁊ tactus ⁊ tangibilis ⁊ intangibilis. Intangibile autem paruã omnino habens differentiam tangibiliuz: vt passus est aer. Et tangibiliũ excellentie sicut corruptiua.

T.c.121 ¶ Scdm quidem igitur vnumquenqꝫ sensuꝫ dictum est figuraliter.

¶ Determinat de eo qd percipit̃ per tactū. ꝛ dicit ꝙ sicut est visus quodāmodo visibilis ꝛ inuisibilis ꝛ sicut alij sensus sunt oppositoꝝ vt auditus soni ꝛ silētij: sic ꝛ tactꝰ est tāgibilis ꝛ itāgibilis. Intāgibile aūt dr̃ dupliciter: aut illud qd hꝫ excellētiā: ita ꝙ corrūpit sensuꝫ sicut ignis: aut illud qd hꝫ paꝝ de q̄litate tāgibili sicut aer. Utrūqꝫ enim dicitur intangibile quasi male perceptibile sensu tactus. ¶ Ultimo aūt q̄si epilogādo ꝯcludit ꝙ (figuraliter) id est in quadam sūma dictum est de sensibilibus sm vnumquēqꝫ sensum. De eis enim specialiter in libꝰ de sensu ꝛ sensato determinatur.

¶ Hoc aūt vniuersal'r accipere de oī sensu opꝫ: sensum inquā id esse qd sensibiles sine mā formas suscipere pōt: ꝛ perinde atqꝫ anuli signuꝫ sine ferro vel auro suscipit cerā: suscipit aūt eneū vel aureū signū: sꝫ nō es aut aurū: neqꝫ signū vt est aureū eneumue. Simili patit̃ ꝛ sensus vniuscuiusqꝫ sensibilis mō ab eo qd habet colorē: aut sonū: aut saporē. Sed nō vt vnumquodqꝫ illorum dicitur: sed vt est tale ꝛ rōne.

¶ Oportet aūt vniuersal'r de oī sensu accipere: qm̄ sensus est susceptiuus specierū sine mā: vt cera anuli sine ferro ꝛ auro recipit signuꝫ. Accipit aūt aureū aut eneū signū: sꝫ nō iquātū auruꝫ aut es. Simil'r aūt ꝛ sensus vniuscuiusqꝫ ab habēte colorē aut humorē aut sonū patit̃: sꝫ nō inquantū vnūquodqꝫ illorū dicitur: sed inquātū huiꝰ est: ꝛ sm rōnē. Lec. XXIIII.



Ostqꝫ phs i pte p̄cedēti determinauit d sensibilibꝰ sm vnūquēqꝫ sensum. Hic determinat de sensu. Et circa h tria facit. Prio ondit qd sit sensus. Scdo ꝯcludit solutionē q̄rūdā qōnum ex diffinitiōe sensus posita. ibi (Manifestū aūt ex his ꝛc.) 3° mouet q̄sdā dubitatiōes circa passionē a sēsibilibꝰ. ibi (Dubitabit̃ aūt.) Circa p̄m duo facit. Prio ondit qd sit sensus. Scdo ondit qd sit organū sensus. ibi (Sensitiuū aūt.) Dicit g° p° ꝙ h opꝫ accipere vl'r ꝛ cōiter oī sensui inesse ꝙ sensus est susceptiuꝰ specieꝝ sine mā: sicut cera recipit signum anuli sine ferro ꝛ

Obtio auro. ¶ Sed h vr̃ eē cōe oī patiēti. Oē enim patiēs recipit aliquid ab agēte sm ꝙ est agēs. agēs aūt agit p suaꝫ formā ꝛ nō p suā mām: oē igit̃ patiēs recipit formā sine mā. Et hoc ēt ad sensum apparet. Non enī aer recipit ab igne agēte mām eiꝰ sed formā. Nō igit̃ videt̃ h ꝓpriuꝫ

Solo eē sensus ꝙ sit receptiuus speꝝ sine mā. ¶ Dōm igitur ꝙ lꝫ h sit cōe oī patiēti ꝙ recipiat formā ab agēte: differētia tn̄ est i modo recipiēdi. Nam forma que in patiente recipit̃ ab agēte: qnq̄ qdē hꝫ eūdē modū essendi i patiēte quē hꝫ in agēte: ꝛ h qdē ꝯtigit qn̄ patiēs hꝫ eādem dispōnē ad formā quā hꝫ agēs. qdcūqꝫ enim recipit̃ i altero: sm modū recipiētis recipit̃. Un̄ si eodē mō disponat̃ patiēs: sicut agēs: eodē modo recipit̃ forma in patiēte sic erat in agēte: ꝛ tūc nō recipit̃ forma sine mā. Lꝫ.n. illa ꝛ eadē mā numero q̄ est agētis nō fiat patiētis: fit tn̄ quodāmō eadē inquātū similē dispōnē mālē ad formā acqrit ei que erat in agēte. Et hoc mō aer patit̃ ab igne: ꝛ qcqd patit̃ passione nāli. Qnqꝫ v° forma recipit̃ i patiēte sm aliū modū essendi q̄ꝫ sit in agente: qꝛ dispositio mālis patientis ad recipiēdū nō est similis dispōni māli que est in agēte. Et ideo forma recipit̃ in patiente sine mā: inquātū patiēs assimilat̃ agēti sm formaꝫ: ꝛ nō sm mām. Et per hūc modū sensus recipit formā sine mā: qꝛ alterius modi eē hꝫ forma in sensu: ꝛ in re sensibili. Naꝫ in re sensibili hꝫ eē nāle: in sensu aūt hꝫ esse intētionale ꝛ spirituale. Et ponit̃ ꝯueniēs exemplū de sigillo ꝛ cera. Nō enim eadē dispositio est cere ad imagineꝫ: que erat in ferro ꝛ auro. Et ideo subiūgit ꝙ cera accipit signuꝫ. i. imaginē siue figurā aureā aut eneam: sed nō inquātū est aurū aut es. Assimilat̃ eniꝫ cera aureo sigillo quātum ad imaginē: sed nō quātū ad dispositionē auri. Et similiter sensus patit̃ a sensibili habēte colorē aut humorē. i. saporē: aut sonū: sed nō inquātū vnūquodqꝫ illoꝝ dicit̃. i. nō patit̃ a lapide colorato inquātū lapis: neqꝫ a melle dulci inquātū mel: qꝛ in sensu non fit similis dispositio ad formā q̄ est in subiectis illis: sed patit̃ ab eis inq̄ꝫtū hꝫ vel inq̄ꝫtū coloratū vel saporosuꝫ: vel sm rōnē. i. sm formā. Assimilat̃ enī sensus sensibili sm formā: sed non sm dispositionem materie. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Instrumētū aūt id sensus est p̄mū: in quo est talis vis atqꝫ potētia collocata: atqꝫ sunt ideꝫ. Ratio v° nō est eadē: sed diuersa. Nā id qd sentit aliq̄ est magnitudo: nō tamē rō sensitiu: neqꝫ sensus est magnitudo: sed est quedā ratio potentiaqꝫ illius.

t.c.122 ¶ Sensitiuuꝫ aūt primū est in quo huiusmodi potētia. Est qdē igit̃ idē: sꝫ esse alterū est. Magnitudo qdeꝫ enī quedā erit: qd sensum patit̃. Non tamē sensitiuo esse neqꝫ sensus magnitudo est: sed ratio quedam ꝛ potentia illius.

Tex.c.123 ¶ Determinat de organis sensus. Quia enī dixerat ꝙ sensus est susceptiuꝰ specierū sine mā: qd ēt itellectui cōuenit. posset aliqs credē ꝙ sensus nō eēt potētia in corpe: sicut nec itellectꝰ. Et iō ad h excludenduꝫ assignat ei organū: ꝛ dicit ꝙ p̄m sensitiuū. i. p̄muꝫ organū sensus est in quo est potētia huiꝰ: que. s. est susceptiua specierum sine mā. Organū enim sensus cū potētia ipsa vtputa oculus est idē subto: sed esse aliud est: qꝛ rōne differt potentia a corpore. Potētia enī est q̄si forma organi: vt supra traditū est. Et iō subdit ꝙ (magnitudo). i. organū corporeuꝫ est (qd sensum patit̃). i. qd est susceptiuum sensus sicut mā forme. Nō tamē est eadē rō magnitudinis ꝛ sensitiui siue sensus: sed sensus (est quedaꝫ rō). i. ꝓportio ꝛ forma ꝛ potētia illiꝰ. s. magnitudinis. ¶ Deinde cum dicit. Lec.

¶ Patet aūt ex his ꝛ cur sensibiliū ex rōne sensum instrumenta corrūpūt. Nā si motꝰ sit vehemētior istrumētiqꝫ sensus superet vires dissoluit̃ ratio. Id autē erat sensus. Dissoluiturqꝫ perinde atqꝫ ꝯcentꝰ intētione: cuꝫ vehemēter fides pulsant̃. Patet p̄terea ꝛ quā ob cām nō sentiūt plāte tametsi partē aliqꝫ hn̄t aīe: atqꝫ ab ipsis tāgibilibus patiunt̃. Frigescūt. n. ꝛ calefiūt. vt pꝫ. Nā huiꝰ cā est mediocritatē nō hēre: neqꝫ principiū tale: vt sensibiliū sine materia suscipiant formas: sed cū materia patiant̃.

t.c.124 ¶ Manifestū aūt ex his ꝛ ꝓpter qd sensibiliuꝫ excellētie corrumpūt sensitiua. Si nāqꝫ sit fortior sensitiuo motus. soluit̃ ratio. Hoc aūt erat sensus: sicut ꝛ symphonia ꝛ tonus pcussis fortiter chordis. Et ꝓpter quid plante nō sentiunt habētes quādā partē aīalē: ꝛ patiētes a tāgibilibus. Et nāqꝫ frigescūt ꝛ calescūt. Causa enī

nō habere

non habere medietatem neqȝ huiusmodi prin cipium possibile recipere species sensibilium: sed pati cum materia.

¶ Ex premissis concludit solutionem quandam duorū que possent queri: ⁊ dicit ꝙ manifestuȝ est ex predictis: propter quid excellentia sensibilium corrumpat orga na sensuum. Oportet enim in organis sentiendi ad hoc ꝙ sentiatur esse (quandam rationem).i. proportionem vt dictum est. Si ergo motus sensibilis fuerit fortior q̄ꝫ organum natum sit pati: soluitur proportio ⁊ corrum pitur sensus qui consistit in quadam porportione orga ni vt dictum est. Et est simile sicut cum aliquis fortiter percutit chordas soluitur symphonia ⁊ tonus instrumē ti qui in quadam proportione consistit. Manifesta est etiā ex p̄dictis ratio alterius q̄onis (ꝑpter qd).s. plan te nō sentiūt. cū tñ hēant quādā ꝑtē aīe: ⁊ patiant̄ a qui busdā sensibilib⁹.s. a tāgibilib⁹. Manifestū est eni ꝙ ca lescunt ⁊ infrigidantur. Causa igitur quare nō sentiunt est: qꝛ nō est in eis illa ꝑportio que requirit̄ ad sentien dum. Nō eni habent medietatē ꝑm cōplexionem inter tangibilia: que requiritur ad organum tactus: sine quo nullus sensus esse pōt: ⁊ ideo nō habēt in se huiusmodi ꝑncipium qδ pōt recipere species sine (materia).s. sen sum. Sed accidit ei pati cum materia.s. ꝑm materialeȝ transmutationem. ¶ Deinde cum dicit.

Cur excellēs sensibile corrūpat sensum.

Cur plante nō sentiant.

¶ Dubitabit autem quispiaȝ: si possit id ab odore pa ti quod olfacere nequit: aut id a colore quod haud quāq̄ꝫ videre potest: ⁊ in ceteris simili modo.

Tex.c. 125. ¶ Dubitabit aūt aliq̄s: si patiat̄ aliqd ab odo re: ꝙ ipossibile est olfatū hēre: aut a colore nō possibile videre. Similiter aūt ⁊ in alijs.

¶ Mouet quādam dubitationē circa passionē a sensibi libus: qꝛ enim dixerat ꝙ plante patiunt̄ a q̄busdā sensi bilib⁹. p̄mo mouet dubitationē: vtrū ab alijs sensibilib⁹ aliqd posset pati qδ nō habet sensum: puta ab odore: qδ nō habet olfatuȝ: a colore qδ nō habet visum: a sono qδ non habet auditum. ¶ Secundo ibi.

¶ Quod si odorabile sit odor: si quid in odoratum agit: odor profecto agit. Quare fieri nequit vt ab odore quicq̄ꝫ patiatur eoruȝ que olfacere nequeūt. Eadem est ⁊ in ceteris ratio. Nec etiaȝ fieri potest: vt a sensibilibus quicq̄ꝫ patiatur eorum que sentiri possunt: nisi vt quodqȝ est sensitiuum.

¶ Si autē olfatibile odor: si aliquid facit olfa tuȝ: odor facit. Quare ipossibilium olfatū ha bere: nihil possibile pati ab odore. Eadem aūt ratio ⁊ in alijs: neqȝ possibilium: sed inquan tum vnumquodqȝ sensitiuum.

¶ Inducit duas rōnes ad ostēdēdū ꝙ nō: q̄rū p̄ma talis est. Quia ꝑpriū olfatibilis est facere olfatū. odor aūt fa cit olfatibile. ergo si aliqd facit olfatū: facit hoc per odo rem. Uel ꝑm aliā lr̄am odor facit olfatuȝ. Propria igit̄ actio odoris iquātū odor: est qδ facit olfatū: siue facere. Ex quo sequit̄ ꝙ suscipiens actionē odoris inquātum odor: hēt sensum olfatus. Qδ ergo nō hēt sensum olfat⁹ nō pōt pati ab odore: ⁊ eadem ratio videtur de alijs: ꝙ nō sit quorūcūq̄ꝫ: posse pati a sensibilibus: sed solum ha bentium sensum. ¶ Secūdam rationem ponit. ibi.

¶ Id ita esse patere potest ⁊ hoc etiam pacto. Nam neq̄ꝫ lumen ⁊ tenebre neq̄ꝫ sonus neq̄ꝫ odor in cor pore quicq̄ꝫ agit. Sed ea nimiruȝ in quib⁹ sunt ipsa. Aer enim qui est cum tonitruo scindit lignum.

¶ Simul autem manifestū est ⁊ sic. Neqȝ eniȝ T.c.126 lumen ⁊ tenebra neqȝ sonus neqȝ odor quicq̄ꝫ facit in corpora: sed in quibus est: vt aer qui cū tonitruo scindit lignum.

¶ Et dicit ꝙ hoc qδ p̄ma ratio cōcludit: manifestum est per experimentum: qꝛ lumen ⁊ tenebra ⁊ odor ⁊ sonus nullū effectū faciūt in corpora insensibilia: nisi forte per accidens inquātum corpora habentia huiusmodi quali tates aliquid agunt: sicut aer qui quādo est tonitruum scindit lignum. Lignum enim patitur: nō a sono per se loquendo: sed ab aere moto. ¶ Tertio ibi.

¶ At enim tangibilia saporesqȝ agunt. Si enim non agerent: a quonā inaīata paterent̄ atqȝ alterarent̄.

¶ Sed tangibilia ⁊ humores faciunt. Si eniȝ non: a quo vtiqȝ patient̄ inaīata ⁊ alterabunt̄.

¶ Ostendit aliter esse de qualitatibus tangibilibus ⁊ di cit ꝙ (tangibilia ⁊ humores).i. sapores faciunt quen dam effectum in sensibilibus. Sed hoc itelligendum est de saporibus: non inquantum sapores sunt: sed inquan tum gustabile est quoddam tangibile: ⁊ gustus est q̄daȝ tactus. Si enim corpora insensibilia non paterentur a qualitatibus sensibilibus: non esset ponere a quo pate rent̄ ⁊ alterarent̄ corpora inanimata. Nā tāgibilia sunt q̄litates actiue ⁊ passiue elementorum ꝑm quas accidit vniuer̄ alteratio in corporibus. ¶ Quarto ibi.

¶ Quid igitur agunt ne ⁊ sensibilia illa? At vt vide tur: non omne corpus ab odore pati sonoq̄ꝫ potest: ⁊ ea que patiuntur terminis vacant: ⁊ nō manet: vt aer. Olet enim ipse tanq̄ꝫ aliquid passus.

¶ Ergo ne ⁊ illa faciūt. Aut non omne corpus Tex.c. 127. passiuum ab odore ⁊ sono: ⁊ patientia inde terminata non manent. vt aer. Fetet eniȝ sicut patiens aliquid.

¶ Ostendit etiam ꝙ alia sensibilia agunt in quasdam res inanimatas: lȝ non in omnes: dicens (ergo ne ⁊ illa) s. sensibilia alia: faciunt aliquem effectum ⁊ olfatum in res inanimatas: quasi dicat sic. Sed tamen non omne corpus passiuum est ab odore ⁊ sono: sicut omne corpus passiuuȝ est a calore ⁊ frigore. Sed ab istis sensibilibus pati possunt sola corpora indeterminata: ⁊ que non ma nent: vt aer ⁊ aqua que sunt humida ⁊ nō bene determi nabilia termino ꝑprio. Et ꝙ aer possit pati ab odore ma nifestum est: qꝛ aer fetet: sicut aliquid patiens ab odore. Alia littera hēt (feret) qꝛ.s. mediantibus alijs sensibili bus deferunt species ad sensum. Ratio aūt hui⁹ diuersi tatis est: qꝛ qualitates tangibiles sunt cause aliorū sensi biliū: ⁊ ideo habēt plus de virtute actiua: ⁊ possunt age re in quecūqȝ corpora. Sed alia sensibilia que hn̄t mi nus de virtute actiua: non possunt agere nisi in corpora valde passibilia. Et similis etiā rō est de luce corpoꝝ ce lestium que alterant inferiora corpora. ¶ Quinto ibi.

¶ Quid aliud est olfacere quidem preter idipsum: aliquid inquam pati. At enim olfacere quidem sen tire est. Aer autem passus cito sensibilis fit.

¶ Quid igitur est odorare preter pati aliquid? Aut odorē sentire est. Aer autem patiens hoc: mox sensibilis fit.

¶ Soluit ratione͂ supra posita͂ dicens: q2 si aliquid patit̃ ab odore qd no͂ odorat: gd est odorare nisi pati aliquid ab odore. Et respondet ꝙ odorare est sic aliquid pati ab odore ꝙ sentiat odore͂. Aer au͂t no͂ sic patitur vt sentiat: q2 no͂ he͂t pote͂tia͂ sensitiua͂: sed sic patit̃ vt sit sensibilis: inquantu͂. s. est medium in sensu.

¶ Aristotelis stragyrite de aia text⁹ libri tertij.



Ensum aute͂ nullum aliu͂ esse preter hos quinque. i. visum inqua͂ auditu͂ odoratuz gustu͂ ⁊ tactu͂: ex hisce profecto que nunc deinceps dicemus credere quispiaz po͂t.

Tex.c. 128.



Uod autem non sit sensus alius preter quinque. Dico autem hos visum: auditum: olfatum: gustu͂: tactum: ex his credet aliquis.



¶ Diui Thome Aquinatis in tertiuz librum de anima Aristotelis preclarissima commentaria   Lectio. I.



Ic incipit Liber terti⁹ apud grecos. Et satis ro͂nabil'r: ex hinc eni͂ Aristo. ad inquirendu͂ de itellectu accedit. Fuerũt. n. aliq qui posuerũt sensuz ⁊ intellectu͂ esse ide͂. Manifestu͂ est au͂t ꝙ itellectus no͂ est aliqd de sensib⁹ exteriorib⁹ de qbus iam dictum est: ex eo ꝙ no͂ coartat̃ ad vnu͂ genus sensibiliu͂ cognoscendu͂: vnde restat inqsitio vtruz in parte sensitiua sit aliq̃ alia pote͂tia cognoscitiua: vt ex hoc possit accipi. vtru͂ itellectus sit aliquo mo͂ sensus. Diuidit̃ g͂ pars ista in partes tres. In pᵃ inquirit an sit aliquis alius sensus p̃ter gnque sensus exteriores de quib⁹ iam dcm͂ est. In 2ᵃ ostendit ꝙ intellectus ⁊ sensus nullo mo͂ sunt ide͂. ibi (Qm͂ au͂t duabus.) In 3ᵃ oste͂so ꝙ itellect⁹ no͂ sit sensus determinat de parte aie itellectiua. ibi (De parte autez aie.) Prima diuidit̃ in duas partes. In pᵃ oste͂dit ꝙ no͂ est alius sensus ꝓprius p̃ter quinque iam dictos. In 2ᵃ ostendit p̃ter sensus ꝓprios esse sensum co͂em. ibi (Qm͂ au͂t sentimus.) Circa pᵐ duo facit. Primo oste͂dit ꝙ no͂ sit alius sensus p̃ter quinque. Scd͂o oste͂dit q̃re sunt plures ⁊ no͂ vnus tm͂. ibi (Inquirit au͂t.) Circa pᵐ duo facit. Primo oste͂dit ꝙ no͂ sit alius sensus p̃ter quique qui sit cognoscitiuus sensibiliu͂ ꝓprioꝝ. Scd͂o oste͂dit ꝙ no͂ est alius sensus p̃ter gnque: cui⁹ obiectu͂ sunt sensibilia co͂munia. ibi (At vo neqз.) Circa pᵐ vtit̃ tali ro͂ne. Quicu͂qз he͂t aliqd organu͂ sensus per qd nata sunt cognosci aliqua sensibilia: cognoscit oia illa sensibilia per organum illud: sed aialia pfecta habe͂t oia organa sensus. ergo cognoscunt oia sensibilia. Cu͂ igit̃ no͂ habe͂t nisi gnque sensus: no͂ erit alius respectu ꝓprioꝝ sensibiliu͂ p̃ter quinque sensus. Circa hanc ro͂ne͂ hoc mo͂ ꝓcedit. Primo proponit qd intendit dicens: ꝙ ex his que sequunt̃ po͂t aliquis sufficienter ad credendum moueri ꝙ no͂ sit sensus preter quinque iam dictos. ¶ Secundo ibi.

¶ Nam si nu͂c sensum ois ei⁹ habemus cuius sensus est tactus: oe͂s na͂qз rei tangibilis vt est tangibilis affectus nobis sunt sensibiles tactu: nullus vtiqз tactus vel gustus vel olfatus vel audit⁹ vel visus deesse nobis videt̃. Preterea si sensus nobis deficiat aliquis: ⁊ instrume͂tu͂ necesse est illius nobis deesse. Preterea omnis sensus per mediu͂ sentit vt patuit. Mediu͂ au͂t aut co͂iunctu͂: aut seiunctuz externumqз esse necesse est. At nos habemus vtru͂qз: ⁊ id inqua͂ qd est co͂iunctu͂: quo quide͂ tange͂tes sentiamus sensibilia tactu: ⁊ e͂t per qd eminus no͂ tangentes sentimus. Id vo duplex est spatiu͂ simplex aer inquam ⁊ aqua. Res au͂t ita sese habere videt̃: vt si sensibilia plura diuersa genere per vnu͂ mediu͂ sentiant̃: necessarium sit eu͂ qui sensus instrume͂tu͂ habeat tale sensitiuu͂ illoru͂ esse: vt si ex aere sensus sit instrumentu͂: ⁊ aer sit medium in colore sentiendo ac sono. Qd si vnu͂ ide͂qз per plura media sentiant̃: vt color per aerez atqз aqua͂: hec eni͂ vtraqз perspicua sunt: is qui alteru͂ tm͂ habet ipsorum: sentit nimirum id qd per vtrunqз sentiri potest.

¶ Si enim omnis cuius est sensus tact⁹: ⁊ hu͂c sensum habemus. Omnes enim tangibiles inquantu͂ tangibiles passiones tactu nobis sensibiles sunt. Necesse est siquidez deficit aliquis sensus: ⁊ organuz aliquod nobis deficere. Et quecu͂qз quide͂ ipsi tangentes sentimus: tactu sensibilia sunt que͂ existimus habe͂tes. Quicu͂qз vo per media: ⁊ no͂ ipsa tangentes simplicibus: dico au͂t vt aere ⁊ aqua: habent autem sic vt siquide͂ per vnu͂ plura sensibilia existentia altera abinuicem genere: necesse habe͂tez huiusmodi sensitiuu͂ vtroru͂qз sensitiuu͂ esse: vt si ex aere est sensitiuu͂: ⁊ est aer mediu͂ soni ⁊ coloris. Si vo plura eiusdem sint vt coloris ⁊ aer ⁊ aqua: vtraqз enim diaphana: ⁊ qd alterum ipsoru͂ est habens solum sentiet id qd per vtraqз: aut qd ab ambobus.

Tex.c. 129.

T.c.130

T.c.131.

¶ Oste͂dit p̃ma͂ ꝓpositione͂ ro͂nis iducte. s. ha͂c ꝙ aial habens aliqd organuz sensus cognoscit oia sensibilia que possunt sentiri per illud organu͂. Et h͂ qde͂ manifestat ex sensu tact⁹ eo ꝙ manifestu͂ est quot sunt q̃litates ta͂gibiles. Dictu͂. n. est supra ꝙ q̃litates ta͂gibiles su͂t drie corporis eleme͂tati inqua͂tu͂ h⁹: que quide͂ manifeste sunt ex his que determinata sunt ex eleme͂tis. vnde manifestu͂ nobis po͂t esse ꝙ nos sentim⁹ oe͂s q̃litates ta͂gibiles. Et ex hoc ꝯcludit per simile in alys: ꝙ si habem⁹ aliqd organu͂: ꝙ habem⁹ sensum illoꝝ sensibiliu͂ que nata su͂t cognosci per illd organu͂. Hoc est ergo qd dicit ꝙ si nos habem⁹ sensuz ois sensibilis cui⁹ tact⁹ est pceptiu⁹ apparet ꝙ oe͂s passiones ta͂gibiles iqua͂tu͂ h⁹ a nobis sentiuntur: necesse est vniu'r dicere ꝙ si deficit nobis aliqs sensus aliquoꝝ sensibiliu͂: ꝙ deficiat nobis aliqd organuz quo nata sunt cognosci illa sensibilia: q2 si habem⁹ organum cognoscimus sensibilia. Et hoc qd vniu'r dcm͂ est manifestat exe͂plifica͂do per singula. Et p̃mo q̃tu͂ ad ea que cognoscunt̃ absqз medio extraneo. Et h͂ est qd dicit ꝙ quecu͂qз nos sentim⁹ (ta͂ge͂tes). i. absqз medio ex̃neo pn͂t sentiri per organu͂ tact⁹: sub quo itelligit̃ gust⁹ quez he͂mus. Sз circa illa sensibilia que sentimus per media ex̃nea que su͂t simplicia corpora. s. aer ⁊ aq̃: ⁊ no͂ sentim⁹ ea ta͂ge͂do: illa sic se hn͂t vt dica͂: videlicet ꝙ si per vnuz organu͂ plura sensibilia diuersa gn͂e adiuice͂: sentiri pn͂t: necesse est ꝙ q hз h⁹ organu͂ sentiat vtru͂qз gen⁹. Puta ꝙ si aliqd organu͂ est ex aere: ⁊ aer po͂t imutari a colore ⁊ sono: sequit̃ ꝙ qui he͂t h⁹ organu͂ po͂t ⁊ sonu͂ ⁊ colorez percipere. Si vo econuerso plura organa sunt susceptiua eiusdem

Sup.t.c. 117.

T.c.132

1°.t.c.82. 83. 3°.t.c.96.

1°.t.c.118.

ua eiusdem sensibilis:sicut aer τ aqua quorũ vtrũq3 est diaphanum sunt perceptiua coloris:sequit̃ ꝙ animal ha bens aliqđ horũ potest percipere qđ est perceptibile per vtrũq3:sicut per media(aut ab ambobus)sicut ab istru mentis. Qđ ideo dicit:q̃a in sensibus qui sentiunt ꝑ me dium extraneũ organa sunt cõformia medijs. Has autẽ cõditiones ideo posuit:q̃a idem sensibile sentitur ab ali quo aïali per aquã:τ ab aliquo per aerem.sicut patet de odore. ¶ Tertio ibi.

T.c.129. ¶ Nam ex hisce duobus simplicibus tãtũ instrumẽ ta sunt sensus ex aere atq3 aqua. Etenim pupilla ex aqua:auditus ex aere:odoratus ex horum altero cõ stat. Ignis aut nullius est instrumenti:aut cõmunis oium est:quippe cum sine caliditate nihil sit sensiti uum. Terra etiã aut nullius est instrumẽti:aut in ta ctu maxime cõmixta. Quo circa restat nullu3 sensus instrumentũ esse preter aerem atq3 aquã. Hec autẽ nõnulla nunc animaliũ habẽt. Ab ijs igitur anima lium que sunt perfecta:non imperfecta:nec mẽbris capta:omnes sensus habentur. Eteni τ talpa sub ce tu oculos habere videt̃. Atq3 si nullu3 aliud corpus est preter ea que ꝑcipimus esse:nec vllus alius affe ctus preter eos qui corporibus hisce competũt:que sunt hic:nullus profecto deficit sensus.

T.c.130 ¶ Simplicium autẽ ex duobus his sensitiua so lũ sunt ex aere τ aqua. Pupilla qdẽ eni3 aque: auditus ṽo aeris:olfatus autẽ horũ alteri⁹ est. Ignis autẽ aut nullius est:aut cõmunis oibus. Nihil eni sine calore sensitiuum est. Terra ṽo aut nullius est:aut in tactu maxime miscetur. Unde relinquitur nullũ esse sensitiuũ extra ae

T.c.131. rem τ aquã. ¶ Hec autẽ τ nunc quedã habent animalia. Omnes igitur sensus habentur a nõ imperfectis neq3 orbatis. videtur enim τ talpa

T.c.132 sub pelle habens oculos. ¶ Quare si non alte ru3 aliquod est corpus τ passio que nullius est coru3 que sunt hic corporum:neq3 vnus vtiq3 deficiet sensus.

¶ Ponit scđam propositionẽ cum sua manifestatione.s. ꝙ oïa organa sentiẽdi habent̃ ab aïalibus perfectis. Dic̃ ergo ꝙ organa sentiendi nata sunt constare ex solis duo bus simpliciũ corpoꝝ.s.ex aere τ aqua:q̃a ista sũt magis passibilia:τ hoc requirit cõditio organi sensus:vt facile ĩmutet̃ a sensibili. In pupilla eni est aqua:q̃a per humo

1°.t.c.82. 83. rẽ aqueũ in pupilla exñtẽ recipit oculus spẽm visibilis. In organo autẽ auditus est aer:vt supra dictũ est. Olfa

1°.t.c.96. tus autẽ in quibusdã attribuit̃ aeri:in quibusda3 aque: vt supra dictũ est. Ignis autẽ ꝑm se nullius sensus orga nũ est:q̃a ignis est maxĩe actiu⁹ τ minime passiuus. S3 ꝑm ꝑticipatione3 sue qualitatis est cõis oibus sensibus. nihil enim est sensitiuũ sine calore:sicut nec viuens:cum nihil sentiat nisi viuẽs. Terra ṽo pura nullius sensus est organũ inquantũ ipsum organũ est sensitiuũ:sed per cõ

1°.t.c.118. mixtionẽ appropriat̃ tactui:q̃a organũ tactus oportet eẽ medie cõplexionatum:vt supra dictũ est:τ per cõsequẽs op3 ꝙ sit quasi cõpositũ ex oibus elemẽtis. Unde relin quit̃ ꝙ nullũ organũ sensus est preter aerẽ τ aqua3. Hec aũt organa aeris τ aque hñt q̃dã aïalia.s.aïalia perfecta. Vnde concludit ꝙ oïa organa sensus habent̃ ab aïalibus non imperfectis ꝑm suã naturã sicut sũt imperfecta aïa lia imobilia que habẽt solũ tactũ. Et aïalibus(non orba tis.)id est non carẽtibus aliquo sensu ex aliqua causa in naturali:sicut hoïes ceci vel surdi. Unde τ talpa que est de genere perfectoꝝ animaliũ videt̃ habere oculos sub pelle vt assimiletur suo generi. Sed ꝓpter hoc ꝙ cõuer satur sub terra:nõ fuit ei necessarius visus:τ terra si ha beret oculos discoopertos:eius oculos offenderet. Pro cedit autẽ hec ratio vt manifeste apparet ex determina to numero elemẽtoꝝ:ex quo probauit ꝙ organa sensuũ qui sunt per media exteriora fiunt per aerẽ τ aquã solũ. Et iterũ ex determinatione passionũ elementoꝝ:q̃ sunt qualitates tãgibiles.vnde per eas fit notu3 ꝙ oẽs quali tates tangibiles cognoscimus. Et ideo ꝯcludit ꝙ nullus sensus deficit nobis:nisi aliquis dicere velit ꝙ sit aliqđ corpus elemẽtale preter quatuor elemẽta:τ ꝙ sunt alie passiones que possunt tactu discerni:que nõ sunt aliquo rũ corporũ hic existentiũ τ nobis notoꝝ. Et hoc videtur incõueniens. Unde relinquit̃ ꝙ sint quinque sensus tm̃ qui a nobis habentur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At ṽo neq3 sensus instrumentu3 quicq̃3 proprium sensibiliũ cõmuniũ esse põt. Motus inquã:quietis: figure magnitudinis:numeri:vnius:que vnoquoq3 sensu sentimus non per accidens.

¶ At ṽo neq3 cõmunium potest esse sensitiuu3 aliquod propriũ que vnoquoq3 sensu sentim⁹ non ꝑm accidens vt motus:status:figure:ma gnitudinis:numeri:vnius. T.c.133.

¶ Quia posset aliquis dicere:ꝙ est aliq̃s alius sensus co gnoscitiuus sensibiliũ cõium. Excludit hoc tali ratione. Quicquid cognoscit̃ ab vno sensu vt proprium sensibile eius nõ cognoscitur ab alijs sensibus nisi per accidẽs:s3 sensibilia cõmunia nõ sentiunt̃ per accñs ab aliquo sen suum:sed per se a pluribus:sensibilia igitur cõia nõ sunt ꝓprie obiecta alicuius sensus. Circa rationẽ hãc hoc mõ procedit. Primo ponit cõclusionẽ dicẽs:ꝙ nõ põt eẽ ali quod ꝓpriũ organũ sensus:cognoscitiuũ cõium sensibi lium que sentimus vnoquoq3 sensu per se:τ nõ per acci dens:que sunt motus τ status τc̃. ¶ Secũdo ibi.

¶ Omnia eni hec sane motu sentimus:eteni magni tudo motu sentitur. Quare τ figura quidem:cu3 fi gura quedam magnitudo sit:τ id quod quiescit:ex eo quia non mouetur:et numerus continui negatio ne:τ sensibilibus proprijs. Unusquisq3 nãq3 sensus vnum sentit. Quare patet fieri non posse:vt cõium cuiusq3 sit propriu3 sensus.

¶ Hec enim oïa motu sentimus:vt magnitudi nes motu:quare τ figurã. Magnitudo eni que dam τ figura est. Quiescẽs aũt in eo ꝙ nõ mo uet̃. Numerus ṽo negatione ꝯtinui τ ꝓprijs. Unusq̃sq3 eni3 vnum sentit sensus. ¶ Quare Tex.c. manifestu3 est qm̃ ĩpossibile est cuiuslibet pro 134. prium sensum esse horum vt motus.

¶ Probat ꝙ ista sensibilia cõia sentiant̃ per se τ nõ ꝑm accidẽs. Quecũq3 enim sentiunt̃ per hoc ꝙ ĩmutant sen sum sentiunt̃ per se τ nõ ꝑm accidens. Nam hoc est per se sentire:pati aliquid a sensibili. Sed oïa hec sensibilia per ĩmutationẽ quãdã:sentiuntur. Et hoc est qđ dicit ꝙ hec omnia sentimus(motu)id est quada3 ĩmutatione. Manifestum est enim ꝙ magnitudo ĩmutat sensum:cũ

sit subiectū q̄litatis sensibilis: puta caloris aut saporis: ⁊ qualitates nō agunt sine suis subiectis. Ex quo apparet ꝙ figurā etiā cognoscimus cū quadā imutatione: q꞉ figura est aliquid magnitudinis: q꞉ cōsistit in cōterminatione magnitudinis. Est eni figura que termino vel terminis cōtinet꞉: vt dicit꞉ in p̄mo Euclidis. Manifestum est etiā ꝙ quies cōprehendit꞉ ex motu sicut tenebra per lucē. Est enim quies priuatio motus. Numerus etiā cognoscit꞉ per negationem cōtinui qđ est magnitudo. Numerus enim rerum sensibiliū ex diuisione continui causatur: vnde ⁊ ꝓprietates numeri per ꝓprietates ꝯtinui cognoscūtur. Quia eni cōtinuū diuisibile est in infinitū:
tex. c. 68, 69, ⁊ numerus in infinitū crescere pōt: vt p꞉ ex. 3° phy. Manifestū etiā ꝙ vnusquisq꞉ sensus per se cognoscit vnu꞉: vt imutatus ab vno obiecto. Unde manifestū est ꝙ ista sensibilia cōmunia sentiunt꞉ per se ⁊ non per accidens. Unde ex hoc concludit꞉ ꝙ impossibile est esse propriu꞉ sensum alicuius horum. ¶ Tertio ibi.

¶ Si eni esset. perinde tunc fieret atq꞉ nūc visu dulce sentimus: qđ quidē ꝓpterea fit: qđ vtrorūq꞉ sensum habemus: quo cū cōcurrunt agnoscimus. Qđ si ita nō esset: nullo alio mō ꝑfecto nisi per accidēs sentiremus: quo pacto filiū sentimus Cleonis. Non eni Cleonis filiū: sed albū sentimus: huic autē accidit vt filius sit Cleonis. At cōmuniū habemus iam sensu꞉ cōem nō per accidens sane. Nullus igit꞉ ipsorum sensus est ꝓprius: nullo eni sentiremus modo: nisi eo quo diximus filiu꞉ videre Cleonis. Propria aūt sensibilia sensus ipsi per accidens alter alterius sentiunt: non hoc sane quo ipsi sunt. Sed quo vnus ceu simul in eodē sensus efficit꞉: ceu bilem amaram esse ac flaua꞉. Non eni ad alterū ꝑtinet: vnū ambo hec esse dicere: q̄propter ⁊ errat ⁊ si sit q̄ppiā flauū.
¶ Sic enim erit sicut nūc visu dulce sentimus. Hoc aūt est q̄m amborū habentes existim⁹ sensum. quo cū cōciderit: cognoscim⁹. Si v̾o nō: nequaq̄꞉ vtiq꞉: sed aut ꝫm accidens sentiebamus: vt Cleonis filium: nō q꞉ Cleonis filius est: sed quoniā albet. Huic aute꞉ accidit filius Cleonis esse. Cōmuniu꞉ aūt habem⁹ iam sensum cōmune꞉ nō ꝫm accidens. Non igitur est proprius. Nequaq̄꞉ eni꞉ vtiq꞉ sentiremus: sed aut sic: sicut dictū est Cleonis filiū nos videre. Adinuicē eni propria ꝫm accidens sentiunt sensus: nō ꝫm ꝙ ipsi sunt: sed ꝫm ꝙ vnus cum simul fiat sensus in eodem: vt cholera quidem amara ⁊ rubicūda. Non enim alterius dicere ꝙ ambo vnum. Propter qđ ⁊ decipit꞉ ꝙ si sit rubicūdū: cholerā opinat꞉ esse.

